4° Adversarii fatentur Ecclesiā tempore Xti ē Apost: multa credidisse fide divina, quae nō erant scripta. Atqui eadē Eccle: etiā pō Apost: ē canone Scr: absoluto semper e practice e theoretice confessa ē h. principiū, nō tantū nō esse necessariū ut aliqua veritas credenda contineatur in Scr. sed re ipsa esse veritates revelatas, quae scripta nō sint.
Testantur h. omnes antiqui PP. ē DD. in Palaest. Igna: Clem. Alex. in Aegypto Tertull. in Afr. Euseb. Basil. in Ponto, Epiph. Cypri Chrysost. in Antioch. in Constant. Hiero: Aug:

Th. 9 (seq) Th. 9.

Quos omnium hic fere redit sententia:
necessarium putasse securitatis causa acceptas traditiones litteris mandare; non omnia et observanda et credenda esse scripta; Apost: alia scriptis tradidisse, alia sine scriptis, utraque ejusdem auctoritatis; sufficere si aliquid sit traditio, ut ultra non inquiratur; multa quae universa observat Eccles. ab Apost: tradita esse licet scripta non inveniantur.

Quod idem declaratum est in Conciliis: VIII Act. X. c. 1. VII Act. 7.

Praeterea est quod quaedam dogmata specialia semper Eccles: eandem maxime manifestavit sententiam: fatentur videlicet PP. de quibus doctrinae capitibus, ea non posse ex Scr: demonstrari et tamen pertinere ad depositum fidei.

Id verum est non solum de formulis solemnibus, sancitis ad dogmata declaranda, quae nusquam inveniuntur in Scr. quae non tantum existentiam traditionis quam ejus principium formale probant, sc. Apost: successores custodes esse et doctores authent. totius revelatae doctrinae. — Ex: una natura 3 personae. consubstantialis; unio sec. hypostasin; efficacia Sacram: ex opere operato; transsubstantiatio. —
At dogmata etiam non scripta ex sola Trad. et agnoscunt et defendunt.
Ita omnes de divinitate et integritate canonis agentes.
ita defendunt baptismum parvulor
Orig. in ep. ad Rom. l. V. 9. Ecclesia ab Apost: traditionem accepit etiam parvulis baptismum dare.
Idem facit Aug. de baptis: IV. 24.
Quod universa tenet Eccles., nec a Conciliis institutum sed semper retentum est, nonnisi auctoritate apost. traditum rectissime creditur.

Anabaptistae semper protestantibus exprobrabant, parvulos baptismi nusquam in Scr. mentionem fieri, qua re permotus Luther: infantes non esse infantes decrevit, quum sacramentum suscipientes elicerent actum fidei. Moderni tamen protest: plerique consentiunt, neque aliter posse „defensorem baptismi infantium uti debere auctoritate infallibilis Ecclesiae".
— Eodem modo disputat Aug. de valore baptismi ab haereticis collati: consuetudinem, quae opponebatur

Cypriano, ab Apost. traditione exordiū incipsisse credenda ē, sint multa quæ universa tenet Eccl: ē ob hoc ab Apost. præcepta bene creduntur, quamquā scripta nō reperiantur – de baptis. L. 1. c.

Itaq sicut populq Dei inde ab origine usq ad Moysē a Moyse usq ad Chrī profitebatur etiā veritates nō scriptas, ita pō Apost: Ecclesia idē principiū semper ē ī theoria e ī praxi professa ē.

Ex historia revelat: apparet

a) nō esse necessariā articuli fidei conditionē, ut scriptq sit –

b) neq divinā Providentiā voluisse usq. pō tempora apost. unquā hanc viā sentā esse in proponenda doctrina

c) etiā pō Apost. tempore, de quo disputatur, habuisse Eccl: in professione aliquas veritates nō scriptas –

Ergo latiq patet verbū Dei credendū, quā verbū scriptū

II. Demonstrato jā principio traditionis formali etiā absoluto Scr: errore verbū Dei traditione conservatū ē objectū fidei latiq patent, quā verbū scriptū. –

Consensq totiq successionis apost. exhibet testimoniū auth. de revelatione q. consequitur ex principio traditionis formali –

atqui tempore Reformationis, ipsis protestantibq consentientibq universalis extabat consensq in plura dogmata tanquā divinitq revelata, quæ tamē nō continentur in Scr. vel nō ita continentur, ut ex Scr. solū probari possint –

ergo hæc dogm: revelata esse nemo negare pō nisi negaverit principiū formale traditionis q. si admittatur, evidens ē, verbū Dei credendū latiq patere quā verbū Dei scriptū. –

Unde controversia cū Protest: nō ē ~~pugnanda~~ omittenda de singulis dogm: sed de ipso principio formali

III. Protestantes principiū suū, expositū in libris symbol: fundamentū ē præcipuā Reformationis rationē, nō possunt sine manifesta servare contradictione.

1° Professio, quæ continetur in formula Concord. epit. §1: haec 3 dicit:

1° (affirmando) libros omnes & solos, quos in canonē receperunt, continere verbū Dei;

2° (negando) verbū Dei nullū aliud credendū esse, nisi q. illis libris contineatur & ex iis probari posit;

3° (affirmando & negando) a) singulos esse sibi sufficientes verbi div. interpretes

b) Ecclesiā nō esse authenticā interpretē sed quemq debere tū dogmata tū interpretationē Eccl: ad suā interpretationē, nimirū ad certissimā normā redigere & dijudicare.

Atqui nulla hac fundamentalium assertionū in Scr. continetur

ergo statuentes principiū nihil credendū esse q. scriptū nō sit, credunt tamē aliqua nō scripta, quæ profecto summa inconsequentiā ē.

2° Præterea omnes protestantiū coetg tū in professione tū praxi aliqua retinuere, per solā cathol. traditionē transmissa, nusquā in Scr. consignata.

Credunt singulos libros, quos profecto ab Eccl: accepere, peculiari modo esse libros div; baptismū valide conferri ab hæret. ab infidelibg; infantulos baptizandos esse, nō Sabb. sed Diē Domin. esse celebrandū; jusjurandū ob graves causas licitū esse; nō esse necessariū abstinentiā a suffocatis quæ omnia, quū sola Eccl: auctoritate constet, tū nuspiā inveniuntur scripta esse, quinimo de 3.9 ultimis scriptū extat contrariū, nisi verba interpretemur sec. sensū cathol.

b) & positive & negative multa contra Eccles. fidē credunt, quæ scripta nō sunt, quæ inter ipsū systematis 2ex principiū fundamentale; primū formale h. e. Script. solā fidei regulā esse; 2ū materiale, sola fide hominē justificari.

Porro ubinā quæso scriptū ē, existere articulos fidei fundamentales absolute necessarios, sine quibg salg æterna obtineri nequit & articulos nō fundamentales, quibg rejectis nondū resolvitur: communio Ecclesiæ? Ubinā enumerantur articuli fundamentales? Denique ubinā continentur negationes illæ, quas protestantes opponunt dogmatibg catholicorū?

~~Th. 10~~ Th. 10.

Multipliciter Traditio Scripturam antecedit.

Traditio pō universē significare doctrinā revelatā, quatenus conservans instrumentū nō ē scriptura, sed continua fidei custodiā serves.

Hoc sensū nulla existit doctrina scripta, quae nō etiā per traditionē conservetur: Scripturae ipsae ē i. q. continent ad nos traditionis ope pervenere.

Tum Script: quia nō spectatur amplius ut partiale conservandae revelationis instrumentū, sed ut traditio est. Totaq doctrina revelata sub forma traditionis consideratur.

Hanc vocis significatione PP revera adhibent:

Iren. III. 4. Quid autē si neq Apost. quidē Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinē sequi traditionis, quā tradiderunt iis, quibus committebant Ecclesias...

I. Traditio praecedit Scr: ordine chronologico.

In oeconomia vet. revelatio primitiva, implicite totā continens posteriorē revelationē, usq. ad Moysē per solā traditionē, postea etiā per libros conservabatur.

Ita in N. T. ~~institutio~~ fundata ē instituta Ecclesia facta ē per praedicationē, ante ullū librū scriptū; progressu temporis doctrinae pars scripta ē ē una cū libris V. T. tradita fidelibus tanquā doctrinae instrumentū „utile ad docendū, ad arguendū, ad corripiendū, ad erudiendū in justitia" 2 Tim. III. 16.

Nō vero docent verba illa: 1ū totā revelationē fuisse absolutā ē ~~per~~ traditionis ope propagatā, deinceps vero factū esse, ut traditae veritates etiā litteris mandarentur, nā extabant aliquae Scr: ante absolutā revelationē etiā ē in ulteriori ejus progressu ē supponebantur ē appellabantur.

Neq docent verba illa, quasi revelationē semper fuisse 1ū traditā praedicatione aliq Script; postea

vero scripto consignata fuisse, nã quãqũ h. plerumq/ nõ temẽ semper factũ ẽ.

II. Traditio praecedit quoad nos ordine cognitionis. Põ traditio spectari mere historice, fundamentũ critic. ẽ philos. demonstrationis; põ spectari formaliter ut religiosa ẽ divina.

Cognitio põ praeterea esse de Script. ut monumento nobis conservato, ẽ doctrinae, quae ẽ in Script.

Utroq modo, sc. deinon. christian. cognitio Trad. prior ẽ cognitione Script.

1° Cognitio de Scr: haec complectitur:

a) genuinitatẽ i.e. originẽ ab eo scriptore, cui opq attribuitur aut, si ipse manserit incomperta, ab iis scriptis, quibq asseritur.

Haec genuinitas de plerisq. Scr: libris põ historice ẽ criticẽ demonstrari ex tradit. mere histor: In nonnullis vero libris ex. gr. 2 Petr. majores extant difficultates quã dũ Tradit. mere histor: spectatur, nõ autẽ religiosa ẽ divina,

b) integritatẽ, quae saltẽ quoad sei summã, si nõ ad omnia ẽ singula, eodẽ põ modo demonstrari:

c) veracitatẽ, quae in plurimis ex demonstrata genuinitate conseq. in nonnullis autẽ ex veracitate divinitas doctrinae demonstratur.

At neq veracitas neq magis etiã divinitas doctrinae põ quoad omnia ẽ singula demonstrari, nõ admissa librorũ inspiratione.

d) inspirationẽ, quae innotescere nõ põ sine testimonio divino. Quod testimoniũ, licet circa aliquot libros conservatũ sit in Script. apost. quoad totũ tamẽ librorũ complexũ sola traditione transmissũ ẽ. Quae nõ ẽ mere histor. traditio sed christiana per ministeriũ divinitq institutũ.

Respondemq ergo quomodo pendeat ẽ quomodo nõ pendeat cognitio nostra de Scr: a Tradit. christian. Videlicet

Genuinitas, integritas, veracitas, divinitas Scr: praecisione facta ab authent. christian. Trad. põ histor: ẽ crit: demonstrari, sed

1° nō quoad omnes textq
2° nō pro omnibq, qui credere tenentur
3° nō pro statu controversiae, ut ad captū omniū
ē absolute possit terminari. –

Inspiratio Script. ē inde etiā eaq absoluta veracitas
ē doctrinae divinitas pō demonstrari ex Script. apost,
sed sub eadē 3ᵃ limitatione
1° nō quoad omnes libros
2° nō sufficienter pro omnibq
3° nō pro statu controversiae.

E contrario sec. oeconomiā a Xto institutā principiū
cognitionis de Script. ē Eccle: custodia, authent.
praedicatio sub assistentia Spi. S. h. principiū
unū ē solū protenditur
1° quoad omnes libros librorq partes
2° pro omnibq
3° ad controversias pro captu omniū definiendas.

Ergo cognitio de Scr: ē pro universalitate subj.
ē universalitate obj: praeserti vero formalis
cognitio, ut divinitq inspiratae sunt, a Trad.
pendet haec ē logice ē cognitionis ordine
prior ē.

2° Inter Doctrinā in Script. ē Tradit: hic ē ordo,
ut praedicatio eccles: sit norma ad doctrinā in
Scr: intelligendā sensu 3ᵃ superiq elucidato.
Nō tamē ea ē hujq normae ratio, ut praecisione
facta a traditione ext: nihil certi possit in Scr:
intelligi, nullquā sensq Scr: definiri certitudine
aliqua hermen: aliis verbis: multa possunt intelligi
de auctoritate saltē aliqq librorq ē de vero sensu
plurim locorq Scr: v. etiā ex adversariorq concessione
pō Script: inspiratio supponi
unde nonnunqā Scr: pō logice ē in ordine cognitionis
prior haberi, quo posito ex Scr: pō auctoritas
tū Eccl: tū Tradit. demonstrari. At
a) haec cognitio de Scr: magis histor: ē quā theol:
b) ex concessione illa adversar: prioritas logica
Scr: nō absol: erit, nō ex object. rer ordine de-
ducta, sed mere hypoth:
c) in utraq hypothesi nō agitur de antecedente
cognitione inspirationis omniū librorq neq de vero

sensu totius doctrinae, sed v. praesupponitur vel concessione facta ab adversariis praesumitur cognitio auctoritatis aliquot librorum, demonstrabilis vero sensus aliquot peculiarium capitum doctrinae.

Ita sine petitione principii, nō subversa logica Trad: prioritate uti possumus auctoritate Scr: ad probandā Tradit. auctoritatē. –

—

III Deniq Trad. spectari tanquā totū aliquod pū, continens sub se veluti partē doctrinā Scr: ē doctrinā de Scr: –

Universa quippe tā scripta quā nō scripta conservatur per magisteriū vivens, per continuā apost: successionis praedicationē. ×

H. sensu, i.e. ex modo custodiendi ē propagandi universa revelatio ē c̄ ē proprio sensu dicitur Trad. Cujus universae doctrinae pars ē illa ē quae de Scr: agit ē altera illa quae in Scr: continetur. Ergo si modū comprehensionis spectamus, optimo jure Trad: appellari potest totū pū, doctrina vero de Scr: ē doctrina scripta totius pars Trad:

×) nō = quidquid in Scr: habetur, conservatur etiā per Tradit. independenter a Scr: Sed

a) Script: ē conservatur ē sub assistentiā Sp. S. explicatur per successionē apost; unde Doctrina Scr: conservatur mediate per Trad: quāvis multorū doctrinae capitū instrumentū conservans immediatū sit pro Eccles: divinitus Script:

b) Facta distinctione inter dogmata per se revelata ē ea quae sunt revelata per accidens, dicimus principaliter ea quae communiter omnibus fidelibus sunt explicite credenda, conservari etiā per Trad: seorsū a Scr: de quibus valet q. ait Iren: quid si neq. Apost: quidē Scr: reliquissent, nonne oportebat ordinē sequi traditionis? –

Scriptura.

Th. I.

Ex traditione divina V. T. atque ex doctrina ipsius Christi Apostolorumque omnes ad S. Scripturam pertinentes libri eorumque partes omnes divinae aequali modo esse auctoritatis credendi sunt.

Omnes V. T. libri eorumque partes omnes eiusdem esse divinae auctoritatis, ~~credendi sunt~~. tum ~~ex~~ ex traditione constat Iudaeorum ~~docet~~ tum ex ipsius Salvatoris et apostolorumque ~~confirm~~ doctrina.

Thesis duo dicit
1° apud Iudaeos extitisse collectionem librorum, qui pro divinis ab universo populo habebantur;
2° Christum et apostolos hanc Iudaeorum fidem confirmavisse atque libros illos sub nomine Scripturae vel sacrarum Litterarum in una collectione congestos tamquam divinos commendavisse Ecclesiae suae.

I. Aliquam sacrorum librorum collectionem extitisse apud Iudaeos ex ipso nonnullorum librorum scopo apparet, quum sint destinati ad usum publicum religiosum et civilem. — Praeterea scimus qualis fuerit collectionis eius distributio.

In prologo Ecclesiastici ter commemoratur triplex distributio in legem, prophetasque aliosque libros qui nobis a parentibus nostris traditi sunt" — hancque collectionem graece quoque extitisse, aperte indicatur.

Similis distributio apud Matth. occurrit XXII, 40 in his duobus mandatis universa lex pendet et prophetae — sequentibus vero versiculis citantur psalmi.
Cf. Lucam XXIV. 27: et incipiens a Moyse et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis ib. XXIV. 44, necesse est impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me.

Pariter Philo Iud. (de vita contemplativa) dividit Scripturam in leges, sermones per Prophetas divinitus editos et hymnos.
Iosephus vero contra Appionem I. 8. distinctius ~~enu~~ numerat „viginti duo libros totius temporis descriptionem continentes, qui merito creduntur divini — ex his quinque sunt Moysis … prophetae res sua aetate gestas conscripserunt tredecim libris, quatuor vero reliqui hymnos in Deum et praecepta vitae hominum complectuntur.

Hodie quoque ut olim penes Massoretas, biblia hebraica

dispescuntur in legem prophetas ē hagiographa
תּוֹרָה נְבִיאִים וּכְתוּבִים

—

Hanc porro collectionē unā fuisse, sejunctā ab aliis libris profanis, praeditā homogenea ē identica dignitate atq auctoritate in omnibq partibq suis ita efficitur.

Citq Apostoliq in N. T. tum librorq classicū citationes sub nomine Scripturae vel Scripturae Sacrae vel scriptū ē proferunt, ita ut habeatur nomen propriū uniq collectionis, nomen indicans ejq excellentiā atq ~~auctoritatē~~ auctoritatē.

—

Philo Jud. saepissime in operibq suis sacris libris utens indiscriminatim ad singulos appellat ut ad Scripturas sacras, libros sacros, sacrū sermonē, sacratissimā litterā, propheticū sermonē, eloquiū Dei.

Eodē modo Joseph. appellat sacros libros, illos sacr. Scripturae libros, sacras litteras.—

Manifesto autē Philo ē Joseph. communē populi Judaici fidē volūt tradere,

Quae igitur dicuntur ē probantur de auctoritate Scripturae universā v. de libris Scripturae singulis, ea demonstrant auctoritatē totiq collectionis omniumq librorq una cū partibq suis.

—

II. Qu: quae fuerit tempore Chri Judaeorq sententia de ratione gradūq hujq auctoritatis?

Liquet Philonē ē Joseph. Fl. quando de Scripturae auctoritate loquuntur, nō suā privatā, sed publicā (profesne) ac notoriā totiq nationis fidē proclamare. Jam modq ipse quo eā appellant, aperte indicat universam divinae auctoritatis opinionē, quae ulteriq confirmari pō disertis testimoniis.

Joseph. c. Apio. I. 8 haec 4 dicit:

a) libros Scripturae a populo suo credi divinos omnesq paratos esse pro fide illa mortem oppetere

b) libros illos propterea divinos esse, quippe qui scripti fuerint a prophetis ex divina inspiratione,

Solis sacerdotibus ac prophetis concreditum fuisse munus scribendi historiam, sacerdotale ante genus servari semper impermixtum.

c) nefas esse, ut libris illis aliquid s. addatur s. dematur;
d) rationem formalem hujus erga Scripturam excellentis venerationis esse manifestam e perspecta prophetarum successione qui e conscripserint e tradiderint libros in usum publicum. —

—

Philo plane similia habet: sacros libros scriptos esse a prophetis „quorum ore pater universorum oracula edidit" (de profugis) „qui in persona Dei oracula ediderunt inspirati (de Cherubim) qui locuti sunt numine inspirati (de confus. linguar.).
Unde haec scripta eximie vocat oracula prophetico ore edita. — (De nomin. mutat.)

Locus vero principalis habetur in III de vita Moysis; ubi versionem LXX appellat „leges ex oraculis acceptas, in quibus nefas sit quidquam v. demere v. apponere v. transponere — hinc fuisse necesse ut LXX interpretes ipsi quoque in conficienda versione prophetaverint „quasi numine correpti prophetabant non alium alia, sed omnes eadem nomina e verba quasi quopiam invisibiliter singulis dictante." —

Quam rationem Philonis multi PP defendunt, quos inter Justin. cohor. 13. Iren. III. 21 — Clem. Alex. I. p. 342 — August. De Civ. XVIII. 42

Animadverte: 1° circa haec tempora nondum cessavisse vocationem divinam ad libros inspiratos scribendos: testes sunt lib. Sapientiae e libb. Macch. 2° ipsos Apostolos non raro adhibuisse lectiones LXX versionis, a texto hebr. diversas ipsamque versionem ecclesiis ad usum publicum tradidisse.

—

Omnia haec evidente demonstrant veritatem Judaeos tempore Apostol. communi credidisse fide, libros Script. e scriptos fuisse sub operatione Dei supernaturali e documenta esse non humanae sed plane divinae auctoritatis. —

—

Hanc Judaeos fidem Christus Dom. ejusque apostoli non modo 1° non improbant, imo
2° diserte testantur e supponunt
3° aperte confirmant. —

1° Confirmat Christus ipse: Jo. V. 33 sq.
Vos misistis ad Joannem: e testimonium perhibuit veritati ... 36. Ego autem habeo testimonium majus Joanne: — Porro sq. tria enumerat testimoniorum genera: opera sua, vocem Patris, tandem Scripturas. v. 39. Scrutamini Scripturas ... e illae sunt, quae testimonium perhibent de me — unde apparet Scripturam esse majus testimonium ipso Joanne.

quod confirmatur v. 47. Si ante illis (Moysis) litteris nō creditis, quomodo verbis meis credetis? –

Ide Salvator utitur scripturâ irrefragabili auctoritate ad instituendos discipulos – inculcat necesse esse, ut adimpleatur Scriptura – ipsi tentatori Scripturæ testimoniū opponit. –

2° confirmant apostoli demonstrantes Scripturaⱬ auctoritate divinā sibi missionē ē auctoritatē, q. nisi divinis testimoniis efficere nō poterant. Citandi formulæ (Scriptura dicit, scriptū ē etc) plus centies in N. T. occurrunt, de quo usu tria animadvertenter ucrene ē.

a) adhibetur Scriptura sensu litterali tanquā verbū Dei, cui obedire debet omnis intellectus quodq nō vi argumentorⱬ valet, sed insita sua auctoritate. Tū tota demonstrationis vis pendet a formula „Scriptura dicit etc"

b) sensu typico, qui nō ē minoris auctoritatis neq minus efficax probationū sensu litterali. At natura sensus typici ea ē, ut solus Deus possit ejus auctor esse, unde supponit libros Scripturæ inspiratos a Deo

c) argumentandi ratione, qua utuntur Scripturis apostoli, cū divinitatē demonstrant. Singulas voces, locutiones urgent ad demonstranda quæq gravissima – quæ agendi ratiō supponit irrefragabilē ac plane divinā auctoritatē instrumenti q. adhibetur – Hebr – XII, 27. Quod antē „adhuc semel" dixit Declarat mobiliū translationē tanquā factorⱬ.

Ib. VIII, 8 testamentū novū –

13: dicendo autē novū, veteravit priō.

VII, 2. rex Salē q. ē rex pacis

3. sine genealogiē

De Scriptura
Th. 2.

~~[crossed out]~~

Th. II.

Ita sunt libri Scripturae inspirati, ut Deus eorum sit auctor.

I. Liber aliquis divinus dicitur:

a) ratione materiae, si contineat doctrinam divinitus revelatam (parum refert utrum an scriptori an aliis), scriptio tamen mere humana industria sit confecta.

b) ratione scribendi sub assistentia Sp. S. errorem praecaventis, videlicet in iis quae pertinent ad principalem scopum libri. Quum vero scriptio ipsa sit ex intentione et industria humana, homo, non Deus, erit auctor libri.

c) ratione scribendi, quae sit efficienter a Deo ita ut Deus sit sensu proprio libri auctor, homo vero non nisi instrumentum. Haec supranaturalis Dei operatio et extraordinaria inspiratio vocatur.

Jam vero Scr. tribus illis modis, quorum tertius duos priores includit, habenda est divina.

Deum esse auctorem librorum S. Script. solemniter ab Ecclesia docetur.

Concil. Flor. decreto pro Jacobitis:

Unum atque eundem Deum V. et N. Testamenti h. e. Legis et Prophetarum atque Evangelii profitetur auctorem quoniam eodem Sp. S. inspirante utriusque Testamenti sancti locuti sunt ...

Idem affirmatur saec. IV in Concil. 4 Carthag. saec. XI in ep. Leonis IX ad Petr. Antioch. saec. XIII in Concil. Lugd. II in profess. fidei Michaëlis imp. graeci quorum omnium documentorum haec constans est formula: "legis et prophetarum et apostolorum unum esse auctorem Deum et Dom. omnipotentem (sc. credo) -

Concil. Trid. sess. IV. omnes libros tam V. quam N. Testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor - suscipit et veneratur ...

Hoc decretum explicatur illo altero Florent. quod PP. Trid. secutos esse constat ex Pallav.

Denique Concil. Vatic. - Constit. Dei Filius c. 2. Eos vero (V. et N. T. libros) Ecclesia pro sacris et canonicis habet ... propterea quod Sp. S. inspirante conscripti Deum habent auctorem ...

II. Quaeritur jam quomodo haec doctrina in revelatione contineatur. Respondemus hanc esse doctrinam Christi et Apostolorum. Quod 3ᵇᵘˢ evincimus argumento

a) fide Judaeorum a Christo et Apostolis confirmata

b) ex modo citandi Scr.

c) ex diserta declaratione.

1° ex Josepho et Phil. constat apud Judaeos tunc temporis fuisse communem persuasionem, s. librorum scriptores ita fuisse sub divina ac supranaturali actione ut non modo i. q. scriberent, verum ipsa quoque scribendi ratio et actio Deo principaliter sit tribuenda, in homine et per hominem agenti.

Dicunt libros ss. scriptos esse a prophetis per inspirationem, ergo non tantum divinitus acceptam doctrinam suo marte conscripserunt, sed ipsa scriptio fiebat per divinam inspirationem. Quod sic demonstr.

a) ipsa scribendi actio prophetia vocatur, scribere prophetare est. Interpretes LXX in ss. litteris vertendis, inquit Philo, quasi numine correpti prophetabant.

b) dicunt scriptionem factam esse „quasi alio invisibiliter suggerente".

c) Libros formaliter ut scriptos efficienter tribuunt divinae operationi, quum enim textum scripti vocant „oracula prophetico ore edita"

d) summam librorum ss. auctoritatem inde repetunt q. scripti sunt per prophetas, quo intelligunt scriptos esse a prophetis formaliter quatenus prophetae sunt. Jam vero prophetam Judaei intelligunt hominem non suis viribus suoque nomine sed divino, supranaturali impulsu, tamquam in persona Dei agentem loquentem scribentem.

„Prophetae sunt interpretes Dei qui illis utitur tamquam organis ad manifestationem eorum quae vult" Philo de monarch. I.

propheta nihil de suo profert, sed omnia aliena alio suggerente Id.

Propheta est interpres intus suggerente Deo quae dicenda sunt. – Id.

Postulabant ergo Judaei charisma propheticū, cujus essentia in eo est, ut locutio v. scriptio prophetica oriatur ex supranaturali divinitatis instinctu, ut liber ejusque charismatis compositus contineat Dei verbū scriptū adeoque Deus per scriptorē a se inspiratū ipse sit auctor libri. –

Haec erat Judaeor. de inspiratione scripturae fides, hanc confirmarunt Christus ē Apostoli, ergo hi quoque eandē tenebant. –

2°. Ipso citandi modo Christus ē apostoli docent textus a se allatos formaliter quatenus scripti sunt, habere Deū auctorē. –

a) Deus ponitur in recto, videlicet auctor, homo qui nō ē nisi instrumentū, ponitur in obliquo.

Act. I. 16 Oportet impleri Scripturā quā praedixit Sp. S. per os David.

Heb. IV. 7. Deus terminat (definit) diē in David dicendo –

Hebr. I. 6 seqq. dicit Deus, dicit Sp. S. etc.

Matth. XXII. 31: nō legistis quod dictū ē a Deo dicente vobis: ego sū Deus Abrahā

ubi Judaeis verba illa nō sunt dicta, nisi per scripturā, ergo ille qui scripsit, Deus ē.

b) Ordine inverso, sed sensu eodē, scriptor humanus dicitur in Sp. S. scripsisse

Matth. XXII, 43. Quomodo David in Sp. vocat eū Dominū dicens: dixit Dom. Dom. meo etc.

ubi praesens tempus nō pō accipi nisi de verbis formaliter ut scriptis.

Eundē sensū esse sensu atque antecedentē apparet ex ultimo hymno Davidico 2 Reg. XXIII. 2. „Sp. Domini locutus ē per me ē sermo ejus per linguā meā". –

c) Scriptura ponitur simpliciter pro ipso Deo loquente

Gal. III. 8. providens Scriptura praenuntiavit Abrahae.

3° Constat idē ex diserta apostol. doctrina, in primis ex 2 Tim. III. 16 Omnis Scr. divinitus inspirata πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος –

Vox illa quamvis alibi non invenitur in Scr. res tamen ipsa dubia non est, ut patet ex locis similibus

Hos. IX. 7. propheta dicitur vir spiritualis,

ἄνθρωπος πνευματοφόρος

אִישׁ הָרוּחַ (vir spiritus)

i.e. vir quem agit Sp. Actio vero ipsa ejusque effectus ita describitur: Sp. Dei irruit, insilit in prophetas et quae illi loquuntur, verbum Dei sunt – loquuntur in Spiritu Dei –

Apertissime vero voluntas humana divinae opponitur inspirationi in 2 Petr. I. 21:

Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu S. inspirati locuti sunt sancti Dei homines.

Hinc apparet inspirationem

1/ a) active esse supranaturalem Dei actionem in homine, quae efficit ut ea peragat quae Deus vult

2/ b) passive esse statum hominis ita affecti

3/ c) terminative esse verbum quod homo inspiratus sive per locutionem sive per scriptionem profert, videlicet terminus et effectus div. et activ. inspir.

III. – Hujusmodi de inspiratione Scripturarum doctrina inde ab incunabulis christianitatis semper universali praedicatione est proposita et declarata.

Tum ipse usus modusque quo ab omnibus ad Script. provocatur, hoc aperte demonstrat, praeterea explicite et unanimis de re hac habetur doctrina.

Cf. ad 1° errores Theodor. Mops.

1/ 1° Scripturae conscriptae sunt per Sp. S. per operationem Sp. S. ideo sunt litterae Dei, epistola Dei ad homines. Orig. Chrysost. Theodoret. Aug. Gregor. M.

2/ 2° Scripturae dictae sunt a Deo, sunt veraces dictiones Sp. S. – Clem. Rom. 1 ep. ad Cor. Iren. Hippol.

3/ 3° Deus condidit, dedit Scripturas – Clem. Alex. Aug. Gelas. in prol. ad decret. suum. –

4° Operatio et perfecta veracitas Sp. S. protenditur ad omnes etiam minimas Scr. partes – Gregor. Naz. or. 2 de fuga sua n. 105 – Orig. Hier. Aug. Chrys.

5° Scriptio ipsa tribuitur Sp. S. negatur vero humana esse. Orig. Ambros. Cassiod.

6° Conjunctio specialis hominis cum Deo inspiratore declaratur per analogiam in ordine supranat. conjunctionem membrorum Christi cum capite Christo. – Aug.

Th. III

Notio inspirationis declaratur instituta analysi doctrinæ de Deo sacr. librorum auctore

In quovis scripto considerari duo possunt

a) res et sententiæ s. sensa, quas nos pro usu nostro (veritates dicimus), sententiæ enim a Deo prolatæ semper veræ sunt.

b) signa grammatica et rhetorica, quibus veritates exprimuntur. –

Considerato porro scopo libri s. fine, distinguimus

a) formale libri s. ejus essentiale

b) materiale libri s. ejus ~~acci~~ accidentale. –

Liquet veritates in libro tradendas constituere ejus essentiam s. formam, signa vero expressionis esse accidentalia s. materiale quid, dummodo apta sint ad veritates significandas. – Possunt tamen signa quædam determinata, maxime in locis dogmaticis, ubi mysteria supranaturalia continentur, etiam pertinere ad rationem libri formalem., ut etiam in libris scopo rhetorico et aesthetico insignitis stylus ad essentiam libri pertinet, non ad accidentia. –

I. Auctor libri vero is est qui efficit ut formale libri a se mente conceptum litteris tradatur. Si vero auctor adhibet libro scribendo instrumentum ratione et voluntate præditum, necesse est ut mentem ejus eo modo illustret voluntatemque ejus ita permoveat, ut omnia et sola ea scribat quæ ad formalem libri pertinent rationem, qualem auctor ipse mente præconceperat. –

Quorum si unum deest, auctor libri ~~esse~~ appellari non poterit

Deus igitur ut possit auctor dici librorum sacrorum per homines inspiratos necesse est

positive 1° efficeret, ut veritates Ecclesiæ communicandas ab Ipso conceptas hominis mens inspirati conciperet scribendas ejusque voluntas ferretur ad eas solas scribendas. –

negative 2° non requiritur, ut homo inspiratus veritates easdem non aliunde cognoverit vel potuerit cognoscere. Neque excluduntur humana industria, studium, præsidia litterarum, documentorum, testium –

3° Si revelationis nomine veniat rei manifestatio occultæ, non erit ea essentiale inspirationis elementum –

Cf. S. Thom. 2 II q. 174 a. 2. qui tres principales prophetiæ gradus distinguit:

„Magis proprie dicuntur prophetæ, qui vident per imaginariam visionem, quamvis illa prophetia sit nobilior, quæ est per intellectualem visionem, dummodo tamen sit eadem veritas utrobique revelata. Si vero lumen intellectuale alicui divinitus infundatur non ad cognoscendum aliqua supranaturalia, sed ad judicandum secundum certitudinem veritatis divinæ ea quæ humana ratione cognosci possunt, sic talis prophetia intellectualis est infra illam, quæ est cum imaginaria visione ducente in supernaturalem veritatem .... Qui hagiographa conscripserunt, eorum plures loquebantur frequentius de his quæ humana ratione cognosci possunt, non quasi ex persona Dei (i. e. non ut prophetæ expresse declarantes: hæc dicit Dom.) sed ex persona propria, cum adjutorio tamen divini luminis. –

Revelatio vero sensu latiori quamvis veritatis propositionem a Deo factam significat, quo sensu quævis ad scribendum inspiratio revelatio est appellanda.

—

II De materiali libri consideramus

1° signa s. vocabula. – Evidens est sensa auctoris exprimi non posse, nisi apta signa adhibeantur. Itaque si Deus inspirat hominem ad scribendum, ut liber ab ipso componendus infallibiliter perfecte et sincere sit contentivus veritates divinas, dicendum erit, hanc Dei operationem debere hujusmodi esse, ut homo inspiratus infallibiliter eligat signa apta. Ergo non ad sola sensa, ad veritates solas inspiratio pertinet, sed secundum quid ad signa quoque se extendit.

Probo: Scriptio signorum electio est eorumque consignatio. Atqui per inspirationem Deus non modo veritatum auctor est scribendarum sed quoque scriptionis auctor principalis, dicit enim Deus ipsam Scripturam (th. 2) – ergo aliquo modo inspiratio ad electionem signorum consignationemque protenditur.

Homo vero quamvis mente voluntateque inspiratus ad scribendum, sibi tamen suisque viribus relictus in veritatibus consignandis, maneret fallibilis tum in signis eligendis tum in scriptione ipsa absolvenda neque ex ipsa inspiratione necessario sequeretur, Script.

terminative quoq esse verbū divinū. Atqui eadē Script.
propterea creditur esse infallibile Dei verbū, quia scriptor
ē inspiratus ergo inspiratio activa includit inspirationē
terminativā operis scilicet Dei operationē, qua homo
infallibilis redditur in signis eligendis atq adhibendis.
2° Si quaeratur qualis operatio divina quoad eligenda 2/
a Scriptore inspirato signa sit essentialis, ut Deus sit
auctor libri, respondemus: saepissime nō ad rationē
formalē pertinere sed ad materialē, q. sententiae
potius his quā aliis terminis, dummodo aequipollen-
tibus, exprimantur. Nō enim quis per aliū desi-
nit esse libri auctor, quia vocabula stylumq suppe-
ditet in individuo, dummodo alterum dirigat in
signis eligendis, ne erret.
Inde concludimus
a) in plerisq ubi signorum electio prorsus materialiter a/
se habet, affirmari nō pōt neq debet, Deū suprana-
turali operatione signa modumq scribendi in indi-
viduo determinavisse.
b) affirmari debet, Deū scriptores inspiratos in b/
signis eligendis ita direxisse ē adjuvisse, ut plane
infallibiles essent in veritatibus sincere perfecteq
exprimendis.
c) Haec assistentia ē directio quoad modū orationis c/
includit gratiā sermonis "q. quis efficaciter loquatur
ad instruendū intellectū, ad movendū affectū, ad flec-
tendū auditorē." S. Th. 2 II. q. 117. a. 1.
Pro diverso scopo diversa erit adeoq ad inspiratio-
nis essentiā nō aliter pertinebit, nisi quatenus coincidat
cū assistentia ad eligendam locutionē pro scopo libri
sufficiente.
d) Si denique prae scopo aliisq loci ipsa verba sty- d)
lusq in individuo pertineant ad rationē formalē libri
ex notione inspirationis auctorisq consequens erit,
ut Deus nō secus ac veritates, verba quoque stylumq
suppeditet.
Haec tamen formalis ratio difficillime pōt determi-
nari quapropter standū ē ea opinione, ex inspiratio-
nis notione, nisi aliunde res probetur, suppeditationē
verborū a Deo in individuo factā, vix decerni aut decla-
rari posse.
3° Ex iis quae sub 2° disputavimus, colligitur, revera 3/
ita factū esse, nisi demonstretur oppositū. Videlicet
Deus qui omnia suaviter disponit permisit, ut homines
divinis veritatibus collustrati ē ad scribendū supra-
naturaliter commoti, sec. propriā singulorū indolē

ē eruditionē eligerent signa veritatibꝰ exprimendis aptissima. Quod etiā argumentis positivis efficitur:

a) Evidens ē in Scr. elocutionis stylique diversitate, ortū habens ex diversa scriptor. indole, eruditione. Isaiæ disertā elegantiā S. Hieron. inde deducit, qd fuerit vir nobilis urbanæque eloquentiæ nō habens quidquā rusticitatis admistū. Ideo Jeremiā sermone dicit rusticiorē esse, sed sensibꝰ parē, quippe qui eodē Sp. prophetaverit – simplicitatē vero eloquii a loco ei, in quo natꝰ sit, accidisse. „Fuit enī Anathotides, qui ē usque hodie viculꝰ."

b) Sacri scriptt. eandē rē vel sermonē referentes utuntur verbis diversis, quamvis certū sit illū cujꝰ verba referunt, uno modo dixisse verba sua. Cf. institutionē Euchar: apud tres evang. ē Paul. Quā discrepantiā his verbis explicat S. Aug: Ut enī quisque meminerat ē ut cuique cordi erat v. breviꝰ v. prolixiꝰ eandē tamē explicare sententiā, ita eos explicasse manifestū ē. –

c) Auctor 2 lib. Mach. qui sub inspiratione scripsit, stylū ac sermonē sibi suæque eruditioni atq. ingenii facultatibꝰ tribuit. XV. 39.

—

Si instituatur analysis testimonior. Scr. ē PP. in th. II allator., facile ubique duplex in intellectu ē voluntate operatio divina apparebit – imprimis quando scriptt. dicuntur tamquā instrumenta operationi Sp. sese permisisse, aut ea quæ scribenda erant a sto capite cognovisse aut litꝰ eis tamquā manibꝰ suis, qd scriberent, imperasse. –

Inspiratio denique charisma ē, quippe donū spirituale, indebitū, supranaturale, ē ante in genere charismatū gratis datar.

Coroll. 1. a) PP. nonnulli omnē ab inspiratis scriptt. artē humanā excludunt operationēque Sp. S. ad quævis apicē Script. extendunt.

Dicit: Declarant veritates esse a Deo inspiratas in ordinē ad scribendū hisque ubique signa idonea assistente Sp. S. adhibita fuisse – B.

declarant: singula vocabula, eo quo ipsa sensa modo esse inspirata – N.

~~[illegible]~~

Th. III (seq.)

b) Scriptt. inspirati ostendunt laborē, industriā, studiū investigant documenta, testes perquirunt, excusant styli imperitiā, sermonis tenuitatē —

Dist. Hi omnib9 demonstratur, eos nō fuisse inspiratos — N. demonstratur ita fuisse inspiratos ut tamen permanerent instrumenta vita ac ratione prædita, — C.

—

Explico: Nō aliter Deus agit in gratiā conferenda. Primū utitur instrumentis sensibilib9, puta sacramentis, deinde animā per gratiā elevat ad eos etiā virtutū actus, qui possent per se virib9 naturalib9 prodire, per gratiā vero fiunt supranaturales aliusq plane ordinis. Ita etiā ad inspiratione veritatū litteris mandandar uti poterat variis instrumentis, suppeditare documenta, testes, propriā rer scribendar inspectionē, naturalemq cognitionē — quib9 cū conjungeret mentis illustrationē internā voluntatisq motionē, ut ea sola scriptor mente conciperet et voluntate amplecteretur ad scribendū, quæ Deus per Script. Ecclesiæ commendanda præconcepisset. —

Eo modo explic.

2 Mach. II. 24–27, se a Iasone Cyr. quinq libb comprehensa tentasse uno volumine breviare porro: hoc in opere negotiū plenū vigiliar et sudoris se assumpsisse —

Luc. I. 2. 3. sibi assecuto omnia diligenter a testib9 rer gestar visū esse hæc ex ordine conscribere.

Jo. XIX. 35. 1 ep. I. 1 appellat tanquā ad historicū credibilitatis motivū, ad propriā suā rer inspectionē.

—

Quoad vocabula vero stylumq scriptt. quæ plenum suo ingenio permissi erant, assistentia Sp. S. eo spectante, ut ab errorib9 immunes essent.
Hinc

2 Mach. XV. 39 excusat auctor tenuitate et mediocritate sermonis

2 Cor. XI. 6 Paulus fatetur se imperitū sermone, sed nō scientia (ἰδιώτης τῷ λόγῳ ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει)

S. Th.: epistola ad Hebr. majore aliis nitere facundia, quia naturale est unicuiq plus in sua quam in aliena lingua valere. —

Idē S. Th. 2.2. q. 176. a. 1: Paulq ē alii apostoli fuerunt instructi divinitq in linguis omniū gentiū, quantū requirebatur ad fidei doctrinā (cf. 1 Cor. XII. 7), sed quantū ad quædā quæ superadduntur humana arte ad ornatū ē elegantiā locutionis, apostolq instructq erat (scientiā acquisitā) in propria lingua, nō autē in aliena. –

Coroll. 2. Sicut in charismate propheticæ ita neq; in charismate inspirationis velut essentiale elementū requiritur ecstasis mentis aut libertatis suspensio, sufficit ut voluntas moveatur infallibiliter ad obsequendū nō vero oportet, ut agatur intrinseca ē antecedente necessitate. –

Coroll. 3. Sicut in instinctu prophetico ad loquendū (distinguatur a prophetia completa) ita etiā in inspiratione ad scribendū nō videtur essentiale, ut homo sciat se inspiratū a Deō esse. Si vero destinetur a Deo ad librū suū tanquā inspiratū proponendū v. ad veritates sibi inspiratas tanquā revelationē divinā promulgandas, tū constare ei debet de inspiratione sua nō solū certitudine humana sed supranaturali. Quæ tamen hominis inspirati destinatio ac missio ad inspirationis essentiā nō pertinet. –

Etiamsi libros deuterocan. V. T. scriptoribq nec ulli lector de inspiratione constitisset sua, nihil inde efficeretur contra inspirationē ipsā a Chro v. Sp. S. per apostolos nobis revelatā.

Neq. probatur inspirationē nō posse dari sine conscientiā ejq, quoniā prophetiā proprio plenoq sensu nō ē sine charismatis conscientia, sed h. tantū inferre licet, nō esse charismatis ignorantiā admittendā in homine inspirato, nisi probetur aliunde. Qr quū nō suppetat in scriptt. canonicis, de hoc nullo charismatis asserenda ē ignoratio –

Coroll. 4. Præter Script. aliæ quoq documenta ecclesiastica continent v. Dei scripta sub assistentiā Sp. S. præcaventis errorē, nō tamen dicenda sunt monumenta inspiratio.

Coroll. 5. Libri inspirati sunt per sese publici ē destinati ad usū omniū, nō vero sunt privatæ revelatio, inde seq. ut charisma inspirationis ad Sacr.

Scripturæ componendæ una cũ revelatione cathol. consummatione desierit.

Nõ repugnet inspiratio ad privatã scriptionẽ, de hac tamen, si extaret, sentiendũ esset idẽ q. de revelationibus privatis. —

~~[illegible]~~

Th. IV.

Confutatur inspiratio quae sit per mera assistentia divina eaq quae dicitur inspiratio subsequens.

—

I. Jo. Jahn, qui floruit circa saeculi hujs initiu, absolute nulloq inter Script. libros s. propheticos s. historicos facto discrimine, inspiratione definivit: divina assistentia ad praecavendos errores quā appellatione (h.e. inspiratione s. suggestione) longo usu consecrata, minq esse aptā, quū exprimat aliquid positivi, notio vero ei subjaceat negativa. In hoc eni hanc divina ab erroribq praemunitione differre a revelatione (positiva) q. nullas suppeditet novas cognitiones, nihil doceat novi, sed tantu impediat, quominq erret scriptor in iis quae p̄a aliunde sit, quam e contra revelatio subministret doctrinas, cognitiones, divinior intellectu consilior.

—

Bonfrerius vero 3̄ distinguit Sp. S. habitu ad scriptore sacru: antecedente, concomitante, consequente.

Inspiratione antecedente tu haberi, quando Sp. S. revelet, demonstret, inspiret ea quae dicenda scribendave sunt, ut scriptor nihil addat sui, nihil proprio marte agat. Hanc inspiratione in iis Scr. partibq haberi, quae argumentu excedat humanae intellectionis vi limiterq

Concomitanter vero Sp. S. assistere scriptoribq in libris historicis, ubi narrantur res gestae aliunde notae. Quo in casu Sp. S. ~~non~~ dictat, nō inspirat, sed oculo quodammodo scribente dirigit quumq semper praesciat, quid ille scripturq sit, ita ei adstat, ut sicubi videret eu errante, inspiratione sua (h.e. rei incompertae suggestione) illi esset affuturq. E igitur sub h. concomitante Sp. S. adjutorio scribentibq quaedā determinatio ab extrinseco, ut diversa ab iis, quae scribunt, scribere nō possint, semper eni Sp. S. in actu primo paratq ē illis quae scribenda sunt inspirare, sicubi sibi relicti aberraturi essent; sunt tamen liberi ab intrinseco, cu ve ipsa Sp. S. eos neq determinet neq antecedenter quidquē

in iis operetur, nisi ubi operatio divina illis necessaria ē.

Differunt ergo ab invicē duæ istæ theoriæ

a) Bonfr. nō extendit negativā illā assistentiā qua præcaventur errores, ad omnes Scr. libros partesve

b) Bonfr. præter illā juxtaq assistentiā admittit ubiq inspirationē positivā in actu primo, quæ quoties necesse ē, in actu secundū transeat, ipsas veritates novas suggestura scribentibus.

Modus itaq Bonfr. concomitans tribus absolvitur momentis: assistentiā negativa, suggestione parata in actu 1mo, eadē suggestione in actu 2o ubi rei ratio id postulet.

Ē tamen hæc Bonfr. hypothesis falsa in eo, q. inspiratio tantummodo in actu 1o scriptori adhærens nō impediret, quin multæ existarent in Scr. partes, in actu secundo minime inspiratæ sed humanis viribus confectæ, quamvis sub infallibili Dei assistentiā. –

Confutandus ē igitur Bonfr. una cū Jahnio:

1o Jahnius ipse fatetur, inspirationē significare actū positivū; atqui ē nomen biblicū, ab apostolis usitatū ejusq notio positiva manifeste liquet ex doctrina Chti, prophetas, apostolos, ex universali deniq prædicatione ex symbolis Conciliorq definitionibus. Ergo ex ipsa revelata doctrina Scripturæ sensu proprio ē positivo inspiratæ sunt

2o Sec. ea quæ diximus, inspiratio ē talis actio div. in hominē, ut Deus sit auctor librorum ab homine scriptor. atqui si assistentiā divina solummodo errores impedit, homo vero proprio marte librū scribit suū, Deus nō amplius erit libri auctor.

3o Si verus esset inspirationis sensus, qui Jahnio placuit, nō patet cur Conciliorum canones Summorumq Pontiff. decreta non itidem pari modo ponanda inter scripta inspirata. Quod tamen falsissimū esse nemo nō videt.

4o Si deniq admitteretur Jahniane definitio, multa in Scr. continerentur neq proprie a Deo dicta neq explicite revelata – Poterat S. Luc. (quod de omnibus valet partibus Bibl. historicis atq doctrinis moralibus) Pauli itinera ē res gestas, perenarrare, prout tenebat ex cognitione mere humana. Tū vero etiamsi Deus

impedivent omnē narrandi errorē, nō tamen facta illa sunt a Deo manifestata. Sane certū erit ea assistentiā divina, facta accidisse ita, ut narrantur quumque assistentiā illa supponatur revelata, poterunt facta ipsa censeri saltē implicite revelata esse, nemo tamen dicend *ipsa ē explicite revelata.

Qui vero negaret hujusmodi facta, peccaret certo contra fidē, negans verbū Dei revelantis assistentiā suā, ejus assistentiā infallibilē factor veracitatē, nō tamen negaret verbū Dei revelantis explicite ē in se facta ipsa, quū nō existeret ullū ejusmodi verbū. Quæ ē falsa sunt ē perabsurda. –

II. 5. Ē opinio aliqua singularis, olī a paucis quibusdā in Belgio theologis tanquā hypothesis admissa possibilis, hodiè vero ad dignitatē theseos provecta quo ad nonnullos Script. libros.

Bonfrerius quidē agens de tertio modo quo Sp. S. posset ad ~~auctore~~ scribentē se habere, hæc ait:

Consequenter se habere posset Sp. S. si quid humano spiritu absque Sp. S. ope, directione, assistentiā a quopiā scriptore esset conscripta, postea tamen Sp. S. testaretur, omnia quæ in eo scripta essent, vera esse; certū enī ē, tunc totā h. scriptū fore Dei verbū ē eandē infallibilē veritatē habiturū quā habent cetera, quæ inspiratione v. directione ejusdē Sp. S. conscripta essent. –

Probare conatur:

a) decretū ab alio compositū ē a rege approbatū fit verbū regis.

b) Sententiā mere humanā Sp. S. reddere pō verbū Dei, asserens ejus veracitatē, ita profanos approbant poetas, Aratū (Act. XVII. 28), Epimenidē Tit I. 12.

Idē valebit de historia integra aut integro libro. Hanc tamen rationē suā Bonfr. nō vult ad libros Script. qui hodiè existunt, applicare, locū forsitā habere in iis qui exciderunt.

Jā ante Bonfr. hujusmodi theoriā ut hypoth. ē mere possibilē proposuerunt Lessius ē Hamelius ++:

si aliquis opus piū ē salutare humana industria sine divino instinctu + compositū publico testimonio Sp. S. approbaretur tamquā in omnibus suis partibus verissimū ... recte verbū Dei appellatū iri. Nā quidē ēr auctoritatis epistola a rege dictata ē ab eo subscripta ...

++) Nunquā agnoverunt thesī ab adversariis sibi objectā: Liber aliquis, qualis ē forte sec. Machab. hum. industria sine assistentia Sp. S. scriptus, si Sp. S. postea testetur nihil ibi esse falsū, efficitur Scr. S. –

+ liquet instinctū hic nō signif. v. atq inspirationē

* Aliquid ejusmodi proposuerat jā Sixtus Sen.

Nostris temporibus hæc opinio in deterius versa ē ita ut dicantur nonnulli s. libri s. partes libror. exstare in canone Scr. qui hum. tantū ope scripti postea Ecclesiā approbante fuerint recensiti inter Sp. S. opera. Hanc dicunt inspirationē subsequentē, quā ineptissimā locutionē nusquā Bonfr. adhibuit neq alius quis ante hæc nostra tempora: fieri nimirū posse, ut scriptu aliq. primitus solis ordinariis hum. viribus confectu eo demū ad dignitate verbi Dei elevatu esset atq. h. ipso inspiratu evasisset, q. canoni insertu fuerit.* ... factu esse verbū Dei eo modo, quo locus aliquis a Cicerone scriptus fiat verbū meū, quando illū in aliqua oratione v. epistola usurpē ad meū conceptu exprimendū: hanc esse inspirationē subsequentē. -

Addunt, nō posse singillatī definiri, quænā ex tribus inspirationis modis referenda sit ad singulos s. libros s. versus, videri tamen locos eos, ubi expresse declaratū sit „hæc dicit Dom." ad primū, narrationes vero historicas rer. quæ experientia acquiri possunt, ad subsequentē pertinere - libros vero propheticos sub sec. inspirationis modo potius fuisse compositos D. Daniel Haneberg, historia revelationis biblicæ - 1850. -

Responsio patet ex decreto Vat:

Eos vero (libros integros cu partibus suis, recensitos a Conc. Trid.) Ecclesiā pro sacris e canonicis habet, nō ideo q. sola hum. industria concinnati, sua deinde auctoritate sint approbati; nec ideo dumtaxat q. revelationē sine errore contineant; sed propterea q. Sp. S. inspirante conscripti Deū habent auctorē atq ut tales ipsi Ecclesia traditi sunt. (Const. Dei fil. c. 2)

Inde patet

a) excluditur directe 2ᵉˢ error: 1° libros aliquos Scr. sola hum. esse scriptos industria, qui deinde ab Ecclesiā inserti in canonē habeantur sacri e canonici - 2° aliquos libros Scr. tantummodo ratione materiæ, nō antē ob scriptionē esse libb divinos -

 99.

De Script.

Th. 4./b.

b) libros Scr. ita esse sacros ratione scriptionis, ut Deū ipsū habeant auctorē

c) per demonstrationē theol. (nō enī Concil. enumeravit singulas inspirationis notas) infertur, tale intercedere discrimen inter inspirationē interq assistentiā Div. praemunientē ab erroribq ut hæc altera minime sufficiat, ut Deo asseratur scriptio libri; falsā igitur esse hujqmodi opinionē.

d) Mere hypoth. sententiā prolatā a Bonfr. nō attingi declaratione Trid: profecto liber humanā arte conscriptq, cujq veracitatē postea Deq ipse publicē revelaverit habebit auctoritatē div., erit tamen diversq a Scrp. divinitq inspiratā, quā accepit ē servat Eccle.

Quoad fallacē illā inspirationē, quā subsequente dicunt, 3 sunt distinguenda

1° quid sit liber inspiratq? respondemq librū ab homine inspirato scriptū: hic dici pō terminative inspiratq. Quū vero inspiratio sit actio div. supranaturalis in hominē, patet, solā declarationē s. revelationē Div. de veracitate alicujq scripti nullā esse actionē in scriptorē, neq efficere ut actq mere hum. hujqmodi esse desinat. Nuqā igitur liber ab homine scriptq humanis viribq, postea a Deo approbatq, dicendq erit inspiratq,

2° quid sit Scriptura sacra? nomine hoc nō veniunt nisi libri inspirati. Quū vero subsequens libri approbatio ejqq declaratio veracitatis, librū nō possit inspiratū reddere, nunquā efficiet ut hujqmodi liber sensu proprio pertineat ad Sr. Sensu latiori omnes Conciliorq definitiones Romq Pontiff. decreta possunt dici sacra Scriptura, de quorq veracitate ē infallibilitate constet ex revelatione div. at nō ita sensu proprio.—

3° quid sit librū continere verbū Dei? Deq veracitate libri humanitq scripti publicē attestans utiq efficit, ut veritates in libro illo comprehensæ evadant veritates revelatæ proindeq verbū Dei. Nō tamen ideo liber ipse erit inspiratq quamvis dici possit divinq ratione materiæ. Ne igitur in hujqsmodi errorē incurramq, accurate distinguamq necesse ē inter verbū Dei ē divinā alicujq scriptionis originē s. inspirationē.

Ad argumentu vero petitu ex diplomate regio a rege nō scripto, respondemq:

~~Lex~~ Documentu a ministro propria arte e voluntate compositu ita ut rex neq impulsū dat scribendi nec sensa suppeditet, postea rege approbante fit opq regis N.

Leges in documento contentæ approbante rege fiunt leges regiæ C.

N6 enī ex scriptione leges vī sua solumq obtinent, sed ex regis voluntate atq approbatione.

4° deniq quærendū ē, quomodo liber arte mere humano compositq fieri possit div. v. inspiratq?

Respondemq:

a) Si liber nō habet originē supranaturalē, nulla subseq. revelatione reddi inspiratq pōt

b) Sententia profana, quā ~~scriptor~~ inspiratq textui inserit, nō propterea fit per se inspirata, dici tamen inspirata debet ejq relatio v. applicatio.

c) nō repugnat absolute, ut sententia aliqua humanitq scripta, vera tamen, postea inspirata evadat. Nā sicut præcedens naturalis cognitio nō impedit, quin Deq eandē veritatē possit inspirare, ita neq præcedens scriptio naturalis impediat inspirationē ejqdē argumenti; neq. repugnat absolute, ut ad idē argumentū tractandū adhibeantur verba eadē quibq usq ē auctor profanq. Potuit itaq auctor II Mach. quamvis inspiratq historiā Jasonis quā supponimq nō inspiratū fuisse auctore, ipsiq verbis compendiare. Unde fieri posset ut ~~totus~~ liber veracis alicujq argumentū, inspiraretur ē exprimeretur plane iisdē verbis quibq ~~conscriptus~~ fuerat ab profano scriptore - tū idē liber dicendq esset bis scriptq modo diversissimo, humano ē divino. Hæc tamen quamvis nō repugnent absolute nō satis videntur conciliari posse cū divina majestate ac sapientia. —

~~[illegible]~~

Th. 5.

Th. V.

Argumenta intrinseca ad demonstrandā librorꝫ inspirationē efficacia nō sunt.

I Protestans Jo. Da. Michaelis (Introd. in N. T. tom I. c3) hæc docet:

a) ex principiis confessionis suæ nemini protestantium licet appellare ad testimoniū Ecclesiæ s. præsentis s. antecedentis s. apostolicæ aetatis ad probandā inspirationē ~~Libr~~ Scripturæ, quæ ē unica regula fidei. Neq ea probari pō ex gustu v. utilitate ejusdē Scrip.

b) de inspiratione V. T. certior nos reddit ~~nunc~~ ex testimoniū tū Chri tū apostolorꝫ, cujqmodi testimoniū disertū pro N. T. nullū extat.

c) unicū validū criteriū pro librorꝫ N. T. inspiratione in eo ē q. fuerint scripti ab apostolis, quare libros aliꝗ originis, puta Lucæ v. Marci, inspiratio nō pō demonstrari.

d) Apostoli fuerint inspirati vi muneris apost. nā

α) munꝗ ē charisma apost. excellentiꝗ ē quā prophetaꝫ, hi vero fuerint inspirati ergo a fortiori.

β) Chrꝗ promisit apostolis Sp. S. ut doceret eos omnē veritatē ē q. promiserat, præstitit.

γ) quā fides nostra innitatur doctrinæ apostolorꝫ, scripta eorꝫ debent esse inspirata.

Respondemꝗ

1° munꝗ apost. nō ē criteriū positivū inspirationis.

Inspiratio ad scribendū ut prophetia ē aliꝗ manera hujꝗmodi ē charisma gratis datū, nō permanens per modū habitꝗ sed transiens per modū actꝗ (S. Th.) 2. 2. q. 171. a. 2.

Distinguitur ante tū a revelatione tū a revelationis enuntiatione tū ab inspiratione adloquendi. Quod inde apparet, q. multi prophetæ ē apostoli illa charismata habuerint, nō tamen inspirati sint ad scribendū. Ex adverso pō accidere, ut aliquis inspiretur ad scribendū, nullo tamen modo habeat missionē apostoli: aut inspiretur ad loquendū. Nō ē igitur charisma inspirationis ad scribendū ita connexum cū aliis [illegible] donis, ut vel includatur in iis v. necessario ea concomitetur.

Profecto apostolatui intrinseca sunt ē propria charismata immediatae revelationis ē infallibilitatis in annuntiando verbo Dei, nullū tamē ē indiciū, ex Xti promissione aut institutione eidē apostolatui intrinsecū fuisse charisma inspirationis ad libros scribendos. –

a) mandata omnia Xti referuntur ad praedicationē, nulla ad scribendū, ergo promissa quoq charismata ad primū spectant, nō ad sec.

b) quamvis omnes apostoli instructi essent charismatibq apostolatui necessariis, nō omnes tamen libros scripserunt. –

c) ex charismate apostolatq seq. apostolos futuros fuisse infallibiles, si voluissent veritates sibi revelatas scripto mandare, nō seq. scriptionē ipsā fore inspirata aut nō potuisse apostolos scribere alia, ad Xti doctrinā nō pertinentia, in quibq nō tantū nō fuissent inspirati, immo errare potuissent.
Seq. igitur ex genuinitate libri apost. doctrinā, quā continet, divinitq esse revelatā ē modo infallibili propositā, nō seq. librū ipsū esse inspiratū.

d) Inspiratio prophetar nihil probat ēq petitio principii. Si enī dicuntur inspirati fuisse ad scribendū ex ipso munere proph. tu N.
Si vero scriptio proph = scriptio inspirata, tu verū ē, sed hujq modi charisma nullo ordini statuive adnexū ē. Q. enī de apostolis diximq, etiā de prophetis valet: fuerunt multi qui scriberent aliquid, ex adverso poterant esse scriptores inspirati qui prophetarent.

e) charisma inspirationis extraordinariū ē nō solū quia nō propagatur successione legitima sed etiā relate ad apostolos extraordinariū ē quippe nō essentialiter nexū cū munere apost.

Inde colligimq
inspirationē libri etiā apost. nō aliter innotescere nisi speciali testimonio fide digno videlicet divino.

Posset quis excipere, inquisitionē in auctoritatē canonicā quorumdā N. T. libror apud veteres scriptt. coincidere cū inquisitione in apostol. eorumdē libror originē ē genuitate, ita ut positive libri haberentur inspirati propter originē suā apostol. ē negative auctoritas libror canonica in discrimine versaretur, quoties eor origo apostol. addubitabatur.
Respondemq:
Quoad sensū negativū ipsi quoq (negamq), duas illas

quaestiones eo quo dicunt modo fuisse conjunctas. Dubitabatur enim de scriptore epistolae ad Hebr. itemque de scriptore Apoc. simulque constabat eorum inspiratio. Neque umquam dubia orta sunt inter cathol. de inspiratione evangeliorum quorum auctores non erant apostoli. –

Ad sensum positivum respondemus:

ex apost. origine non inferebatur simpliciter inspiratio librorum, erat tamen illa confirmatio traditionis, quae jam habebatur de libri inspiratione et dubiorum remotrix.

Nimirum status controversiae is erat, ut valor existentis traditionis impugnaretur suspicione de librorum supposititia origine. Pro tali rerum statu poterant sane PP ita argumentari: hi libri, quos Ecclesia ut Script. sacrae accepit, scripti sunt ab apostolis, non ante eorum nomine in Scr. irrepserunt; ergo traditio legitima est. Ubi non simpliciter ex apost. origine librorum inspiratio concluditur, sed valor traditionis confirmatur, qua ut inspirati traduntur.

Utique erat communis persuasio, nullos extare apostolorum libros, nisi inspiratos, non tamen innitebatur notioni apostolatus, verum traditioni eccl.

2° Haereticum simulque absurdum est opinio exclusiva, nullos N. T. libros probari inspiratos posse, nisi qui scripti sint ab Apost. Responsio patet ex antecedentibus. Si enim munus, quo scriptor fungitur, non implicat necessario inspirationem, neque muneris defectus eam excludet. –

II. Protestantes cum duas res essentialiter et artissime inter se conjunctas alteram tenere volunt, alteram abjicerent, h. efficerunt, ut perderent utramque. Volentes enim Scr. unicam juridicam fidei regulam, defendere inspiratam esse, ~~rejicientes~~ nolentes tamen demonstrationem suam ~~[illegible]~~ aedificare super traditionem apostolicam, quam una Ecclesia cath. integram custodit et sinceram, neque aliud habentes testimonium extrinsecum ad intrinseca argumenta confugerunt, quae quum nihil demonstrent, inspirationem Scr. tueri non possunt. –

Tria criteria admittunt

a) historicum: petitum ex miraculis et prophetiis
b) intrinsecum nos: (dogmaticum): ex doctrinae sanctitate, sublimitate, consensione.
c) empiricum: ex effectibus quos subeant legentium animi

Addunt aliqui

d) aestheticū: ex dictionis sublimitate ē simplicitate.

Respondemꝰ

1° generat:

a) notæ a protestantibꝰ enumeratæ demonstrarent divinā librorꝰ originē, si constaret, eas (nullā^{ex} aliā^{tt} præter inspirationē, posse causā ~~habere~~.

Atqui h. nullo modo demonstrari v. sciri pōt.– Sufficit enī ut contineat liber doctrinā revelatā, ut habeat omnes notas illas prædictas.–

b) Aut omnes notæ simul ē gradu eminenti excellentes demonstrat libri inspirationē aut singulæ seorsū sumptæ ē quovis gradu perfectæ.

Atqui h. alterū evidenter falsū ē multi q haberentur i. genꝰ libri inspirati;

neq prius illud teneri pōt

nā α) determinandꝰ esset perfectionis gradꝰ quē notæ habere debent, ut liber sit inspiratꝰ, h. tamen neq a priori fieri pōt – patet per se – neq a posteriori nullo existente vestigio aliquꝰ de re hac revelationis

β) notæ illæ nō omnes ⁱⁿ(omnibꝰ insunt libris Scr. neq in iis solis. Nisi enī præsupponatur inspiratio, quomodo quæso notæ hæ efficient quidē, ut 2 3^{ae} epist. Jo. aut ep. ad Tit. ē Philem. sint inspiratæ, nō vero sint inspiratæ mirabiles illæ litteræ Polycarpi, Ignatii ad Diognetū?

Objici pōt etiā apologetas cath. appellare ad criteria intrinseca, ut defendant veritatē inspirationis.

Respondemꝰ, supposita demonstratione inspirationis posse ejꝰmodi intrinsecas notas considerationē

α) positive aliquatenꝰ ē nonnūquā suppeditare motivū credibilitatis

β) magis adhuc negative efficere, ut nihil in sacris libris inveniatur q. repugnet facto inspirationis.–

Ita Aug. postquā librorꝰ sacr. inspirationē ex traditione demonstravit, appellat ad doctrinæ consensionē, in oppositione ad dissensiones ē contradictiones philosophorꝰ, ut rationabile esse fidē populos persuadeat.– Civ. Dei –

Ita Ecclesia, instituto examine de genuinæ de libro inspirato traditionis, potuit in subsidiū vocare intrinsecas illas notas, concentū doctrinæ, similitudinē cū aliis libris canon. Potuit rationē habere sensꝰ populi christiani, qui ē unū ex criteriis dignoscendæ traditionis minimeq identicꝰ cū gustu Lutheri.

2° speciat:

ad a) crit. historicū: inde q. miracula v. prophetiæ narrantur in Scr. nō seq. quod patrata fuere ad comprobandā ejꝰ inspirationē. Si vero patrata intelligantur hunc ī finē, prærequiritur div. de inspiratione testimoniū, confirmandū illis signis supranaturalibꝰ. At tū rediret tota quæstio de traditione ē conservatione illiꝰ testimonii.–

Præterea argumentū illud ē absurdū.–

ad b) ē c) dogmat. ē empir: argumenta hæc si quid probant, h. summū efficiunt, in libris illis passī contineri doctrinā revelatā. Nō tamen demonstrant scriptionē esse inspiratā neq. doctrinā narrationesq Scr. in omnibꝰ partibꝰ suis esse divinas. Præter alia forent adhibenda argumenta quibꝰ scriptores ē veraces ē infallibiles præfé demonstrarentur.

ad d) arg. aesthet: probat doctrinā aliquā s. revelatā s. humanitꝰ cogitatā aptis esse verbis expressā; h. tamen nō potuisse nisi per inspirationē fieri, neq evidens ē neq demonstratur nisi præsupponas i. q. quæritur.–

Th. VI.

Asseritur necessitas testimonii, quo innotescat inspiratio.

—

Inspiratio ē factū psychologicū, internū, supranaturale. Ejusmodi factū, si Deū excipias, īmediate notū nō ē, nisi homini inspirato.

Propterea nō pō aliis innotescere, nisi per effectg suos externos aut per testimoniū.

Erit autē effectg externg ipse liber inspiratg.

Atqui nihil in eo ē q. per se necessario manifestet inspiratione.

Ergo solo testimonio pō aliis de inspiratione constare

—

Testimoniū v. humanū erit v. divinū.

Si humanū ē, primg in serie testantiū erit ipse auctor inspiratg, quia ille solg immediate certior ē de statu animae suae, alii nō nisi per eū.

At si hum. testimoniū de factis externis, nō caret errandi facultate, ejg auctoritatē haud mediocriter labefactante, multo ming fidē meretur testimoniū de facto interno, ubi ē ille qui testatur in maxima versatur facilitate illusionis ē alii in maxima difficultate cognoscendi dijudicandiq illusionē.

Absolute tamen loquendo fieri pō ut talis sit testantis auctoritas, ut fidē mereatur hum.

—

II. Quo in casu certo fide hum. ac fallibili crederetur liber ~~aut doctrinā~~ a Deo esse per inspirationē ejg doctrinā revelatā. At si liber ab universa Ecclesiā ē suscipiendg ejg doctrina fide div. credenda tamquā a Deo revelata, testimoniū mere hum. pro inspiratione nō sufficeret, sed requireretur div.

Factū enī inspirationis esset ratio, cur credenda esset fide div. tota libri doctrina. Atqui nō pō firmiq credi i. q. innititur alicui fundamento, quā creditur ipsū fundamentū. Ergo inspirationis factū credendū erit fide div. nō hum.

Atqui h. fieri nequit, nisi factū constet testimonio div.

Neq obstat i. q. div. testimoniū applicatur nobis per testimoniū hum. Tū enī per hominē venitur ad intelligentiā testimonii div. nō tamen propter hominē credimg i. q. Deg revelat, sed propter auctoritatē Dei.

Th. 6

Inspiratio libri nō pō innotescere nisi pr testimoniū

Sane ex definitione infallibilis Eccl. constare infallibiliter posset de facto in se nō revelato sed cū revelatione connexo, sed nunc praescindimg ab infallibilitate Ecclesiae.

Jā vero

a) Script. Scr. ita ab omnib⁹ Christianis suscipitur, ut ~~omnis~~ eo ipso, q. veritas aliqua contineatur in Scr. credenda sit fide div. revelata esse.

Ergo facto quoq inspirationis quæ ē ratio, cur credenda ~~sint~~ fide div. ea quæ liber continet, credentia oportet fide div. ac proinde constare nō hum. sed div. testimonio. –

b) Protestantes qui adhuc revelationē admittunt postulant ut veritas aliqua credenda proponatur in libro inspirato, ibi enī Sp. S. loquitur.

Sed si hum. testimonio liber crederetur inspirat⁹, veritates ej⁹ nō alio nisi hum. crederentur testimonio totaq fides nō div. sed hominis auctoritati inniteretur, testantis de libri inspiratione. –

Hoc vero fieri nequit, ergo fatendū ē, de inspiratione Scrip. constare nō posse nisi testimonio div. Quod testimoniū div. nō ē necesse ut sit immediatū, sufficit mediatū.

De nomine Ecclesiæ.

Ecclesiæ nomen græcum est, derivatum ab ἐκκαλέω quod signif. evocare. Erat enim ἐκκλησία conventus populi ad quem non conveniebant nisi cives ii qui vocati

Quo sensu ~~semel~~ ter adhibetur in N. T. Act. 19, 32 ubi de populo Ephesino, qui a Demetrio argentario incitatus convenerat in theatrum, dicitur: v. 32 Alii autem aliud clamabant; erat enim ecclesia confusa et plures nesciebant qua ex causa convenissent.

v. 39. Si quid autem alterius rei quæritis, in legitima ecclesia poterit absolvi
40.. Et cum hæc dixisset, dimisit ecclesiam.

Statim vero ab initio Christiani voce illa adhibebant ad signif. suam ~~religiosam~~ societatem. Quod 2º ex causa mihi videtur factum esse

1º quia vocabulum optime conveniret coetui ~~Christianorum~~ fidelium quibus vocatio ad salutem esset principale et donum et distinctivum ~~Christianorum~~

Rom. I. 6: in quibus estis et vos, vocati Jesu Christi (κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ)
ib. 7: omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis (κλητοῖς ἁγίοις)

ib. VIII. 30. Quos autem prædestinavit (προώρισεν) hos et vocavit (ἐκάλεσεν). Et quos vocavit, hos et justificavit (ἐδικαίωσεν)

(τοῦ θεοῦ τοῦ καλοῦντος)
1 Thess. II. 12 qui vocavit vos in suum regnum et gloriam —

2 Tim. 9. Qui nos salvavit et vocavit vocatione sua sancta, (τοῦ σώσαντος ἡμᾶς καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ

Quo sensu jam apud Matth XXII. 14. πολλοὶ γάρ εἰσιν κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.

1. Cor. I. 26. Videte enim vocationem vestram fratres: βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν

Ephes. IV. 1 ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε —

Hebr. III. 1 ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι — vocationis coelestis participes —

2. Tim. I. 9. Qui nos liberavit et vocavit vocatione sua — τοῦ σώσαντος ἡμᾶς καὶ καλέσαντος ἁγίᾳ —

2° Ut coetus Xanus distingueretur a societate ~~Qu. Scriptores N. T. praebuerant exempla~~ Mosaica ~~frequentissime~~ quae vocabatur קָהָל συναγωγή (unde קֹהֶלֶת ἐκκλησιαστής) quam vocem LXX vertunt s. συναγωγήν s. ἐκκλησίαν.

Primis quidem temporibus συναγωγή et ἐκκλησία nonnunquam tum de Xianis tum de ~~Mosaicis~~ Judaicis ~~vocis~~ conventibus adhibentur - συναγωγή de Xianis Hebr. X. 25. Jac. II. 2 ἐκκλησία de Judaeis ad legendam Scr: congregatis Hebr. II. 12. Act. VII. 38.

Sed mox invaluit usus, ut συναγωγή de Judaeorum s. conventibus s. sacris aedibus diceretur, ἐκκλησία vero de Xianis. Soli Ebionitae, Judaicae pertinaciae haeredes, συναγωγήν vocabant suam communitatem - teste Epiph. haer. XXX. 18: συναγωγὴν δὲ οὗτοι καλοῦσι τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν, καὶ οὐκ ἐκκλησίαν -

Porro tamen Eccl: nomen multiplicem sensum habere: Omitto translatum, ut illud in V. T.: Odivi Ecclesiam malignantium Ps. XXV. 5. Laus ejus in Ecclesia Sanctorum Ps. LXXXVIII. 1 sed etiam sensu proprio, Xano, quando dicitur de communitate fidelium qui vocati sunt ad salutem, non unam habet significationem.

I° sensu latissimo designat omnes fideles tum viatores tum purgantes tum comprehensores

Ephes. I. 22 Ipsum (i. e. Xum) dedit caput super omnem Ecclesiam - quae verba quid sibi velint apparet ex S. Aug. (in ps. XXXVI): Ex omnibus fidelibus et angelis fit una civitas sub uno rege.

D. Tho. 3 q. 8. a. 4: Corpus Ecclesiae mysticum non solum consistit ex hominibus, sed etiam ex angelis. Totius autem hujus multitudinis Xus est caput: quia ~~propinquius se habet ad Deum~~ et perfectius ÷ participat dona ipsius, non solum quam homines, sed etiam quam angeli; et de ejus influentia non solum homines recipiunt, sed etiam angeli.

Nos porro loquimur de Ecclesia militante quae constat viatoribus, qui versus ~~ad~~ aeternam patriam ~~ad~~ ~~aspirant~~ peregrinantur

(in hoc eugg

p. 184-189

(substant.))

104 ~~4~~. 68 II

II° Dicitur igitur sensu strictiori de fidelibus qui in hac vita salute sua operantur.

~~Attamen hoc~~ quoq. sensu ~~multiformi~~ adsurpatur.

~~1°~~ De oibus fidelibus qui ab initio mundi credebant in Deu veru e expectabant salute per redemptione.

Gregor. M. hom. x in evang: Ecclesia universale incipere ab Abel justo usq: ad ultimum electu qui in fine mundi nasciturus e.

Videlicet tres sunt distinguendae epochae in historia generis humani: a) status legis naturae b) status legis scriptae c) status legis gratiae

In statu legis naturae Eccl: s. coetus fidel. aut nulla habebat forma determinata aut determinata in confuso, ita ut semper baptismus pateret individuali voluntati

Gen. IV. 26 Coepit invocare nomen Dni (sc: Enos).

In statu legis scriptae ecclesiae forma erat determinata pro uno populo hebraeo: reliquae gentes non tenebantur ad forma illa speciale amplectenda, sed poterant vivere sub lege naturae. -

~~Deniq~~ue in statu gratiae abolita e. synagoga s. eccle: nationalis unius populi e determinata e forma novae Eccl: quae tenentur omnes gentes amplecti, si volunt adipisci salute.

III° Itaq nos in h. nostro Tr. sumimus
nomē sensu strictissimo, prout designat,
fideles p̄ Xu natu conjunctos in unu
coetu religiosu; ita ut Eccl: sit congregatio
baptizatorum sec. definit. Melch. Cani
u. sec. Nicol. Tp. catholicorum collectio.
At h. quoq. sensu ~~no nuc~~ diversas habet significationes vox Eccl:

1° = Coetu eorum qui Eccl: regunt s. eccles: potestate:

Matth. XVIII. 15. Si aute peccaverit in te
frater tuus, vade ē corripe eu inter te ē ipsu
solu: si te audierit, lucratus eris fratre tuu.
16. si aute te nō audierit, adhibe tecū adhuc unu,
u. duos, ut in ore duorum u. triu testiu stet ōne verbu.
17. Q. si nō audierit eos, dic Ecc: si aute Eccl. nō audierit,
sit tibi sicut ethnicus ē publicanus.
18. Amē dico vobis, quaecunq. alligaveritis super terra,
erunt ligata ē in coelo: ē quaecunq solveritis super
terrā, erunt soluta in coelo. –

D. Chrys: εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ, τουτέστι τοῖς προεδρεύουσι. –

Stapleton: loci circumstantia manifeste demostrat,
illud Xi dictu ad praepositos Eccl. referend.
Seq. eni imediate: Amē dico vobis etc. H.
aute quis negaverit ad solos praepositos
pertinere. (Controversiarum lib. V de potestate
eccl: c. 7)

2° = plebē fideliu, prout opponitur potestati
u. magisterio publ. eccl: H. sensu loq. S. Paul.
ad majores natu Ecclesiae Ephesinae, quos Miletu arcessiverat: Attendite vobis ē universo gregi in quo vos Sp. S.
Act. XX. 28. eos (Sp. S. posuit epos regere
Eccl. Dei, quā acquisivit sanguine suo.

105 De Eccles.

Act. XV. 4. Cu ante (i.e. Paul. e Barn.) venissent Hierosolymã, suscepti sunt ab eccl. e ab apis e senioribus

ib. 22. Tunc placuit Apis e senioribus cu oi eccl. eligere viros ex eis e mittere Antiochiã cu Paulo e Barn. etc.

Huc pertinet epistola quã scripserunt PP qui regnante Aureliano Imp: convenerant Antiochiã ad judicand Paulu Samosatense. Habet vero hanc inscriptione: Dionysio e Maximo e oibus per universu orbe comministris nostris, epis e presbyteris e universæ quæ sub coelo e Eccle: cath.

3° = totu coetu fideliu prout e pastores e grege amplectitur e opponitur infidelibus u. schismaticis u. hæreticis –

Act. V. 11. Factus e timor magnus in universa Eccl.
VIII. 1. Facta e aute in illa die persecutio magna in Eccl.
3. Saulus aute devastabat Eccl.
1 Cor. XIV. 4. Qui aute prophetat, Eccl. Dei ædificat
5. ut Eccl. ædificatione accipiat
Gal. I. 13. Supra modu persequebar Eccl. Dei
Eph. V. 23. Sicut Xus caput e Eccl.
25. Sicut e Xus dilexit Eccl.
Symbol: apost: E unã sanctã cathol: e apostolicã Eccles:
Iren. III. c. 11, 8 disseminata e Eccl. super oem terrã.

Euseb. ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία

Cypr: De unitate Eccl:

4° Arctiori m° p̄o ~~Eccl~~: nomē designare partē Universalis Eccl: sc: quæ ē apud aliquā gentem v. in urbe aliqua. Cujg haud infrequens usq jā in epist. D. Pau. occurrit.

Rom. XVI. 5° (Salutate) ē domesticā Ecclesiā eor

-16. Salutant vos oēs Eccl. Xi.

1. Cor. I. 2. Ecclesiæ Dei quæ ē Corinthi

. XVI. 1. Sicut ordinavi Ecclesiæ Galatiæ

-19. Salutent vos Eccl. Asiæ

2. Cor. VIII. 1. in Ecclesiis Macedoniæ

—

1. Petr. V. 13. Salutat vos Eccl. quæ ē in Babylone.

Apoc. I. 4. Jo: septē Eccl. quæ sunt in Asiā

—

H. sensu dicitur: Eccl: Polonor, Gallicor etc. —

5° Tandē usq invaluit, ut nomine Eccl. denotaretur locg s. ædificiū in quo fiebant congregationes fideliū atq hac acceptione opponitur tū Judæor synagogis. tū paganor templis —

Aurelian. Imp. ad senatū rom: Miror vos, Patres sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, proinde quasi in Xanor ecclesia, nō in templo deor omniū tractaretis (Fl. Vopis. in vita ejg c. XX)

Ambro: intercedens pro aliquo ep̄o qui synagogā exuri jusserat, rogat Imp. Theodosiū, nū æquū sit, ut propter synagogæ alicujg exustionē in populū Xanū tā severe animadvertatur, quū Judæis ē gentilibg, qui ecclesias vastarint, parcitū sit: Synagoga incensa ē perfidiæ locg .... Ecclesia nō vindicata ē, vindicabitur synagoga? (ep. 29)

Scholion
~~Erant~~ tamē in usu ~~pro Eccl: prout~~ alia quoq; vocabula ad s. ædificiā denotanda

De Eccl.

a) ἐκκλησιαστήριον - unde Isidor. Pelus: aliud ē ecclesia, aliud ἐκκλησιαστήριον, nā ea ex imaculatis animis cōstat, h. aute ex lapidib; ē lignis exædificatur (lib II. ep. 246. ἄλλο ἐστιν ἐκκλησία καὶ ἄλλο ἐκκλησιαστήριον· ἡ μὲν γὰρ ἐξ ἀμώμων ψυχῶν συνέστηκεν, τὸ δὲ ἀπὸ λίθων καὶ ξύλων οἰκοδομεῖται. -

b) dominicū, κυριακόν primū occurrit ap. Cypr. ubi u. templū indicat u. diē dominicū u. epulū dominicū.

De opere ē elemos: p. 203 ubi alloquitur locuplete aliquā matronā: Locuples ē dives es ē dominicū celebrare te credis, quæ corbonā omino nō respicis? quæ in dominicū sine sacrificio venis, quæ parte de sacrificio, q. pauper obtulit, sumis? Ruf. in histor. E. I. 3. ubi epos in concilio Niceno philosopho verens conversū his verbis alloquitur: Si hæc ita esse credis, surge ē sequere me ad dominicū ē huj; fidei signaculu suscipe -

Hieron: in Chron. olymp. 276 a. III. In Antiochia dominicū q. appellatur aureū, ædificari cœptū. -

In tabelle collari quā De Rossi existimat pertinere ad ævū Const. M. legimus: Tene me quia fugi et revoca me Victori acolito a Dominicu Clementis ☧

Nomē graec. Κυριακόν frequenter occurrit

cap. 15.
in concil. Ancyra: περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ, ὅσα ἐπισκοπῆς μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, ἀναβαλεῖσθαι τὸ κυριακόν.

(Tom. I. conc. p. 1461)

in concilio Neocæsarien: c. 5 (ib. p. 1481) jubetur catechumenos subsistere in loco catechumenorum quando ingreditur εἰς κυριακόν

in concil. Laodicen: c. 28 (ib. p. 1501) ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν

Imp. Maximinus in decreto q. paullo ante morte edidit in favorē Xianor, inter alia hæc habet: Sed ē dominica sua ipsis instaurare concessū ē - καὶ τὰ κυριακὰ δὲ τὰ οἰκεῖα ὅπως κατασκευάζοιεν συγκεχώρηται (apud Eusebi. IX. 10 H. E.)

Constantinus Imper. per urbes ac pagos, per agros ē deserta barbaror loca fana ac delubra uni omniū regi Deo ac Domino dedicavit, unde etiā domini voca-bulo honorata ē consecrata sunt; nō ab hominibus, sed ab ipso omniu domino, ac domi-nicor cognomenta sunt sortita. ὅθεν καὶ τῆς τοῦ δεσπότου προσηγορίας ἠξίωται καὶ καθ-ιερωμένα οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τυχόντα τῆς ἐπικλήσεως, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὅλων κυρίου, παρὸ καὶ κυριακῶν ἠξίωνται τῶν ἐπωνυμιῶν.

Videtur nomē Κυριακόν ad Brittannos transiisse ibique transformatū esse in Kyrik et church, inde vero ad Germanos qui habent [Kyrche] Kirche. — Similiter Slavos cerkiew originē suā debet κυριακῷ.

Xus Ecclesiā instituit ita ut esset societas.

P. 1ª Xus instituit

Prob: ex facto historico

Existit hodie late diffusa societas quae Xum agnoscit suum auctorē.

Etiā plurimae sectae dissideat: idē asseverant.

Idē profitetur tota historia, semper. eni a Xi tempor: existeb. aliq. societ. relig. toto orbe diffusa, quae se a Xo conditā esse profit. ē Xanā appell.

scriptt. antiquissimi ecclesiast. quos int. auct. inspir. Act. Apost., qui primū Antiochiae dicit discipu. esse appellatos Xanos (XI. 26)

Adde PP. antiquiss. Barnab. Clement. Ignat. qui Xū τὸν Κύριον appell. ē apologet: qui pro Xanis scrips.

Haeretico-testimon. etiā major. vi hab. qui contr. Catholi: dicent. eos a vera Eccles. recessisse hoc semp. subterfug. utebant. tamq. eor coetus vere esset a Xo fundat. eccles. unquā vero negab. Xū instituisse Eccles: quo tam. facilius ē magis expedi. erat.

pagani inde a Neron. Imp: Xū tamq. sectae Xanae aucto. habeb:

Tacit. Ann. XV. 44: Abolendo rumori Nero subdidit reos ē quaesitissimis poenis affecit, quos per flagitia invisos vulgus Xanos appellat. Auct. nominis ejus Xus Tib. imperitante per procurat. Pont. Pil. supplicio affectus erat; repressaq. in praesens exitiabilis superstitio rursū erumpebat, no modo per Judaeā, originē ejus mali, sed per urbē etiā quo cuncta undiq. atrocia aut pudenda confluunt celebranturq. ./.

./. Plin. epist: lib. X. 96: In iis qui ad me tanquā Xani deferebantur, hunc sum secutus modū etc..... Affirmabant aut. hanc fuisse summa v. culpae suae v. erroris, quod essent soliti stato diē ante lucē convenire carmenq. Xo quasi Deo dicere invicē etc.

Jos. Flav. de Salvat. nost. agens dicit Xanos qui ab Eo appellati sunt, gentē non defecisse: εἰσέτι τε νῦν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον. (Archeol. Jud. XVIII. c. 3, 3.)

Prob. ex Act. Apost.

a) post effusionē Sp. S. in prima ad Judæ: prædicat: Petr. Ap.

„baptizetur unusquisq vestrū in nomine J. Xi ... qui ergo receperunt sermonē ejs, baptizati sunt ... erant aute perseverantes in doctrina apoz. ē communicatione fractionis panis ē orationibs (II. 38-42)

c. V. 42. Oīi aute diē nō cessabant, in templo ē circa domos docentes ē evangelizantes Xū J.

C. VIII

Facta persecutione a Saulo dispersi sunt fideles. Q. aute dispersionē jā essent societas aliqua, dicit Script:

v. 3. Saulus aute devastabat ecclesiā & hujs eccl. origo a Xo esset, dicit ead. Script:

v. 5. Philippus aute descendens in civitate Samariæ, prædicabat illis Xū

v. 12. Cū vero credidissent Ph. evangelizanti de regno Dei, in nomine J. Xi baptizabantur viri ac mulieres

Prob. ex verbis X[ris]ti

Jo. X. ~~[illegible]~~ redigit ostium et pastorem qui etiam alias oves habet ad idem ovile adducendas - immo animam suam ponere pro ovibus suis etc.

v. 9. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur: et ingredietur et egredietur et pascua inveniet

v. 10. Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant

v. 11. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.

v. 16. Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere et vocem meam audient et fiet unum ovile et unus pastor.

Matth. XVI. 18. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Eccl[esiam] meam et portae inferi non praevalebunt adv[ersus] eam.

Pars 2ª: ut sit societas

a) regnū – rex

Matth. XXV. 1. Tunc simile erit regnū coeloꝝ X virginibꝰ

XXI. 43. Auferetur a vobis regnū Dei ē dabitur genti facienti fructꝰ ejꝰ

Coloss. I. 13. Qui (Deꝰ P.) eripuit nos de potestate tenebraꝝ ē transtulit in regnū filii dilectionis suæ

Ergo Xꝰ ē rex ē habet regnū suū.

b) ovile – pastor

c) corpꝰ Xi:

~~Eph. I. 22~~ 1 Cor. XII. 27. Vos aute estis corpꝰ Xi

Eph. I. 22. Ipsū (Xū) dedit caput super omē Eccl. quæ ē corpꝰ ipsiꝰ

IV. 11. Ipse dedit quosdā quidē Apos ... in ædificationē corporis Xi

V. 30. Membra sumꝰ corporis ejꝰ de carne ejꝰ ē ossibꝰ ejꝰ

Societas ē conjunctio plurium in comunē aliquē finē suis actibꝰ conspirantiū

1) multitudo

2) moralis conjunctio

3) finis

4) media

d) Ecclesia

Matth. XVI. 18. Ē ego dico tibi, quia tu es
Petrq ē super hanc petrā ædificabo Eccl.
meā ē portæ inferi nō prævalebunt adv. eā
19. Ē tibi dabo claves regni cœloꝝ. Ē
quodcūq; ligaveris super terrā, erit ligatū
ē in coelis: ē quodcūq; solveris super
terrā, erit solutū ē in coelis.

—

Ib. XVIII. 15. Si autē peccaverit in te frater
tuq, vade ē corripe eū inter te ē ipsū
solū; si te audierit, lucratq eris fratrē tuū;
16. Si autē te nō audierit, adhibe tecū
adhuc unū v. duos, ut in ore duoꝝ v.
triū testiū stet ōne verbū.
17. Q. si nō audierit eos, dic Eccl: si autē
Eccl. nō audierit, sit tibi sicut eth. ē publ.
18. Amē dico vobis, quæcūq; alligaveritis
super terrā, erunt ligata ē in coelo: ē
quæcūq; solveritis super terrā, erunt
soluta ē in coelo.

—

Io. XXI. 15. Cū ergo prandissent, dicit
Simoni Petro Iesq: Simon Ioannis diligis
me plus his? Dicit ei: Etiā Dōne, tu scis
quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos.
16. Dicit ei iterū: Simon Ioannis, diligis

me? Ait illi: Etiā, Dn̄e, tu scis quiā amo te. Dixit ei: Pasce agnos meos.

17. Dixit ei tertio: Simon Jo: amas me? Contristatꝰ ē Petrꝰ, quiā dixit ei tertio, Amas me? ē dixit ei: Dn̄e, tu oīa nosti, tu scis, quiā amo te. Dixit ei: Pasce oves meas. —

—

Marc. XVI. 15. Ē dixit eis: Euntes in mundū universū prædicate evangeliū oī creaturæ.

16. Qui crediderit ē baptizatꝰ fuerit, salvꝰ erit; qui vero nō crediderit, condemnabitur.

—

Matth. XXVIII. 18. Ē accedens J. locutꝰ ē eis, dicens: Data ē mihi oīs potestas in cœlo ē in terra

19. Euntes ergo docete oēs gentes baptizantes eos in nōe P. ē F. ē Sp. S.

—

c) Actꝰ Apōr, quæ ē primitiva Eccl. Xi historia, exhibent eā stati ab initio tanquā verā societate sub uno regimine constitutā c. I: in locū Judæ prodit: eligunt api novū testē resurrectionis, quoniā dixerant eis Xꝰ: eritis mihi testes in Jerusalē ē in oī Judæa ē Samariā ē usqꝫ ad ultimū terræ. (v. 8) unde Petrꝰ exhortatur

fratres: Oportet ergo ex his viris qui nobiscū sunt congregati in ōi tempore, quo intravit ē exivit inter nos D. J. incipiens a baptismate Jo: usq in diē qua assumptus ē a nobis, testē resurrectionis ejg nobiscū fieri unū ex istis (v. 21. 22)

—

II) Post accepti Sp. S. Petrus prædicat Xtū ē conversi sunt circiter iii millia – de ōibus vero dicit Scr: Qui ergo receperunt sermonē ejg baptizati sunt .... (v. 41) ~~ē appositi~~ erant aute perseverantes in doctrina apoz ē comunicatione fractionis panis ē orationibus (v. 42) ōes etiā qui credebant, erant pariter ē habebant ōia comunia (v. 44)

—

c. IV. [32] Multitudinis aute credentiū erat cor unū ē anima una, nec quisquā eoz quæ possidebat, aliquid suū esse dicebat, sed erant illis ōia comunia

34. Neq enī quisquā egens erat inter illos. Quotquot enī possessores agroz aut domoz erant, vendentes afferebant pretia eoz quæ vendebant

35. Ē ponebant aute pedes apoz. Dividebatur aute singulis prout cuiq opus erat.

C. V. De Anania ē Saphira

c. VI. Electio VII. διακονων

c. VIII. Dispersis fidelibꝰ persecutione exorta Philipp. prædicat evang. Samaritanis

14. Cū aute audissent apī qui erant Jeros: q. recepisset Samaria verbū Dei, miserunt ad eos Petrū ē Jo:

15. Qui cū venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Sp. S.

16. Nondū enī in quenquā illoꝝ venerat sed baptizati tantū erant in nōe Dñi J.

—

c. XIII: Saulꝰ ē Barna: jubentur a Sp. S. segregari ad opꝰ prædicationis inter gentes

3. Tunc jejunantes ē orantes, imponentesq; eis manꝰ, dimiserunt illos

—

c. XV. Orta Antiochiæ seditione propter Judæos volentes ut gentes circumciderentur ante baptismū, Paulꝰ ē Bar. rē tota ad apīos referunt qui decreta misere, gentes non ligari lege Mosaica.

v. 28. Visū ē enī Sp. S. ē nobis, nihil ultra imponere vobis oneris quā hæc necessaria etc. —

X9 fundavit Eccl. novā, distincta a Synag. q. acriter negant multi Judæi ē rationalistæ.

Dicunt Xū semper observasse rits mosai: sæpeq. declarasse, se non fuisse missū nisi ad oves e domo Isra:

Resp: 1° Aedificabo Eccl. meā

2° servabat legē antiq. ex pietā: ē prudentiā

" nō veni solvere, sed adimplere

3° prænuntiat urbis ē templi eversionē (Luc. XXI. 5)

annuntiat novū testamentū (ib. XXII. 20)

declarat novā Eccl: a se fundandā (Matth. XVI)

venit hora quando neq in monte hoc neq in Jeros: adorabitis Patrē (Jo. IV. 21)

4) docete oēs gentes – unde oves de domo Isr: nō sunt accipiēd. exclusivē

Dicunt etiā apōs observasse rits mosai: Petrū favisse circumcisioni, timide accessisse ad gentes docendas (Act. X) unde reprehensg fuit a reliquis discipulis (ib. XI) conversionē vero verā ē efficacē gentiū non incepisse nisi a Paulo, qui impressit Eccl: charact. univers:

~~Schol. 2.~~

Th. II (deē ap. Hurt.)

<u>Nū Paulꝰ fundaverit Eccles. Xanā?</u>

Multi rationalistæ, quos inter Strauss, Chr. Frid. Baur omnesq asseclæ ejꝰ quæ vocantur schola Tubingensis, negant Xū Dnū voluisse fundare ~~aliquāctq~~ Eccl: Primos apos ē fideles neq Xū habuisse pro Deo neq sollicitos fuisse de aliqua instituenda religione universali. Fuisse eos totos in hac expectatione, Xū a mortuis resuscitatū mox rediturū esse, ut regnū mille annoꝫ fundaret pro justis e gente Hebr: Gentiles vero non fore participes hujꝰ regni nisi primū omnia adimpleverint præcepta legis Mosa: maxime vero circūcisionē ita ut lex V. T. esset conditio indispensabilis salutis ē regnandi cū Messia. Hic ē famosꝰ Petrin: ita appellatꝰ a Petro, principali eo oratore ē columna.

Factio petrin: (ita prof. Baur) si vicisset, Xani remansissent in perpetuū parva secta judai: Primꝰ Paul. Apꝰ imperfectas ē coarctatas opiniones judaic: evertit, proclamata religione universali ad quā omnibꝰ gentibꝰ pateret accessꝰ.

Inde coepit initiũ Paulinismi.

Paulus, si fas ẽ credere profess. Tubing. X̃ũ hominem, qui (sec. Petrũ) nõ erat nisi Messias judaicus, evexit ad dignitatẽ fundatoris religionis universalis. Paulus primus ~~intellexit~~ docuit, molestã legẽ mozai: esse obsoleta ẽ inutile, ẽq debereq: locũ suũ cedere baptismo, qui applicari possit õnibus infidelibus.

~~Novæ~~ ẽt ~~ignitatæ~~ ideæ Pauli excitavere magnã Jeros. oppositionẽ. Re quidẽ vera ap̃i permiserunt, ne gentiles observarent in posterũ legẽ Mozai: sed brevi mutua discordiã ẽ antipathiã Judæos inter ẽ Græcos eo (processit, ut õnis societas ẽ fraternitas fieret impossib. Paulus Antioch. acriter Petrũ objurgavit, postea õn relatione cũ apis soluta suũ evang. proprio Marte prædicabat, erat aut. h. evang. non plenũ ~~desp~~ odii erga V. T. ẽ imbutũ nobili ac liberali negligentiã observationũ religiozarũ. Reliq. ap̃i exarserunt perseq. Paul. evertunt opera ejus ac missiones contrarias instituunt. Paulus se defendit, refutat ebionitas i. e. sequaces Petri Jacob. Joan. hi ẽã apocal. extrema conviciã in

ipsi convenerunt, tandē ap. gentiū
moritur, derelictq ē exosq.

Etiā pō mortē perseq eū Ebion.
fit Simon Magq

Qui statq rer nō poter. durare
ī perpetuū sec. Baur. –

Circa mediū saec. sec. fit reconcil.
Petrin. ē Paulin. in unā eccl.
coalesc: quae deinc. vocat. catho.
fabula de Mago permutatur etc.

Quonā fundam. nititur tota haec
theoria?

Credit Baur in N. T. multa esse
indicia – in epistol. Paul. ē evang.
Lucae Paulinism.
Petrinis. in Matth. ē Apocal.
reliqua scripta ex. gr. Mar. esse
posterio: primitiv. discord: quae
videntur ipsi esse plena spiritu
conciliat.

Huc pertinere epist. cath.
Barn. Clem. Ignat.

Hod. syste. Baur. jā ē derelict.
ob maximas difficult. chrono.

Neg. Catcon: negant circa fine
I saec. jā affuisse fere oīa script.
quae
apica Renan dicit de Mar

suffic. ad evertend. syst. Baur.

Quæri. ubinā sit vera expressio tū

Petrin. tū Paulin.?

Baur: in Matth. Petrin.

Hilgenf. " exagg.

Volkm. Ren. aliq. medii int. petrin. ē paulī.

Reuss: nullū syst. nulla tend.

—

Ead. discord. rational. ~~prof~~: de Mar.

Ren: vera doctr. Petri quæ semper erat moder.

Hilg: idē: sc. Petrin. moder.

Baur: compilat: vere: concilīat. ex petrin. Matth. ē paulin. Luc.

Volkm: Paulin. exagg.

Reuss: ut supra

—

Idē de Luca:

Baur: Paulin. accurat. ~~exact~~

Volkm: " exagg.

Ren. Zell. Schw: concil.

Ewald: compil. absq color

Reuss: nihil Paul. contul: imo multa antipaulin. sed nunc ad hoc redit, ut nulla sit tendent.

Discord. ration. inde venit q in unoq. evang: tant. inē Petrin. qua Paulin.

Quatt. evang. sunt unū quadriforme evang. sec. Iren: sed divers. sec: necessi: ē condit.

Si inveniunt. sent: spirantes ~~respect.~~ ~~amor~~ reverent legis Mos. ē amor. populi jud. alia praedicant destruct. temp. abolit. ritua mosai: ē vocat. gent.

Utriqq ~~classes~~ generis sent: aeq. sunt ~~numeros~~: aeq. disert. ē clarae sed minime inter se pugnant neq. duas schol: divers. inter prim. Xanos denot: sed id tantu affirm: q. olī D. Paul: e D. Barn: pronunsia: in synago: Antioch: Pisid: Act. XIII. 46

Vobis oportebat primū loqui verbū Dei, sed quoniā repellitis illud ē indignos vos judicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes. -

Idē ante Paul. dixerat X9: Matth. VIII. 11

Dico autē vobis q. multi ab oriente ē occidente venient ē recumbent cū Abrahā ē Isaac ē Jacob in regno coeloz

12. filii autē regni ejicientur in tenebras exteriores:

Conveniens erat ut Xρς e apl inap: praed: opq a populo Jud:

Sed ide Saluat. qui Matth. V. 17.

Nolite putare quonia veni solvere legē aut prophetas: nō veni solvere, sed adimplere

idē dixit XII. 8:

Dōmq eni ē Filiq hōis etiā sabbati

XXIV. 2 Amē dico vobis, nō relinquetur hic lapis super lapidē, qui nō destruatur

Evan. Matth. ē summopere jud: sed similes sentent. etiā in reliq. evang. inveniunt. ita ut quodq. eoq tant. contin. petrin. quant. paulin. si petrin. = reverent. legis antiq. paulin. = ejq abolitio.

Unde inivī nō ē ratio: unū ideq evang. tu hebr: tu. antihebr. tu indiffer: appella: servand. q. majorē ut tribuerent v. 1a categor. loventio v. 2a v. utrisq.

Transit. ai epist. Paul. invenim. Paulin.

Multas Baur. arbitrarie supprimit, IV tantu relictis – ergo quaeramq Paulin. in his IV quas ipse B: pro authent. habet.

Rom. II. 10. gloria autē ē honor ē pax
oñi operanti bonū, Judæo primū
ē Græco -

XI. 1. Dico ergo : nūquid D. repulit
populū suū ? Absit. Nā ē ego
Israëlita sū ex semine Abrah.
de tribu Benj.
2. Nō repulit D. plebē suā quā
præscivit.

Exaltat ibid. Israelit: ex quibq ē
Xq sec. carnē (IX. 5.)
III. 1. Quid ergo amplius Judæo ē ?
aut quæ utilitas circumcisionis ?
2. Multū per oñe m^{u}. Primū quidē
quia credita sunt illis eloquia D.

Sūma Paulin. doctrini: quæ in oībq
ejq epist. occurrit hæc ē :
V. 9. Xū pro nobis mortuū esse, nos
vero justificatos in sanguine ipsiq
VI. 3. Nos baptizatos esse in Xº J.
III. 22. Justitiā Dei per fidē J. Xi
esse in oñes ē super oñes
IX. 24. oñes nos vocatos esse
nō solū ex Judæis, sed etiā
ex gentibq

Hæc inveniuntur in aliis quoq. scriptis N. T.

Q. vero dicit B. apo gent. solvisse omē vincul. cū reliqu. apīs facile ostendi: falsū esse –

1. Cor. XV 3–11.

Gal. II

Unde conclud: Paulū semper fuisse in relatione mutua cū aliis apīs, ~~ejusq~~ doctri: eor doctrinæ semper fuisse conforme. Hæc enī sibi volunt verba Gal. II. 2. Contuli cū illis evang.

Ecce epist. ista ad Gal. quo tanqs. fundamento nititur syst. Bauri e sequaciū ejq. Vix credi pō quanti libri conscripti fuerint in Germ. de 2° cap. istiq epist. e quot hypoth: ~~aed~~ fixæ. supra factu minimi momenti. Sed priqqā explicemq factu istud ejqq veră natură, ipsū breviter enarrandū ē

Quando Pau. degebat Eph. circa a. 56. ~~communitates~~ ecclesiæ Galat. ab ipso fundatæ (a. 50) turbabantur a quibqdā Hebr. affirmant. circūcis: necessaria esse ad salute e denegant. auctorit. Pau. Qua re audita Apq magnopere exacerbatq, odio quid. sancto e justo, scripsit epist. illā qua docet circūcis,

inutile esse ad salut. cū lex antiq. mosai. abolita sit pō advent. Dñi gentilesq qui ad fidē Xi convertantur, minime teneri ad jugū cæremoniar legaliū subeund. Hanc quoq fuisse sentent. alior apor qui oīa approbavissent quæcunq Paul. ē Barn: operati essent inter gentes. (II-9)

Post ea narrat quæ acciderint Antiochiæ Gal. II. 11-14.

Unde tria sunt manifesta.

1° Petr. ~~pri~~antea vixisse gentiliter, nō judaice - ~~q.~~ cujq rei ipsū Paul. testē habemq

2° oppositionē Pau: habuisse eū quē desiderabat event. ut restitueretur labefacta concordia gentil. ē Hebr: ~~aliter~~ secq nō narravisset facta

3° fuisse potente factionē hebraizant. quæ sua præjudicia volebat impon. ipsis apis. Hanc faction. semper fuisse contrar. abolendis ritibq legalibq docent Act. Ap. Cū enī circa a. 57 Paul. ē Barn. essent Antioch orta ē magna seditio, a pharisæis qui volebant gentiles absq circumcīs. admittere in Eccl. —

Act. XV. 1. sq. —

Narratio Concil: ab Apis Jerosoly: celebrati, quale Luc. exhibet in Act. Ap. XV clare demonstrat neq. Petr. neq Jacob. fuisse contrariū abolendæ legi Mos. in favore gentiliū injusteq (Bauro utrūq haberi pro defensore e columna antequ. legis. Neq aliter potuit B. tueri opinionē suā quē diminuta auctoritate Act. Apō: quē librū pō mediū sæc. II confectū esse prætendebat. Hodie tamē nullus fere rationalista approbat tam desperatū tentamē. Neq magni momenti sunt quæ B. affert ad fulciendā hypoth. suā ex. gr. silentiū Lucæ de querela Antiochena. Nā vel propterea L. eā prætermisit q. eā parvi ponderis esse crederet u. nihil interesse utrū eā scirent necne ~~lectores~~ ii quibus Luc. destinabat librū suū. In epist. ad Galat. episodiū illud erat veluti argum. ad hominem - X in Actibus Apoz, conscriptis Romæ multo pō, inutile erat e nullius pretii. Præterea animadvertend ē, Actus Apoz esse opus imperfectū, cujus major pars repleta ē vita e gestis Pauli Api. Neq scimus cur opus reliquerit imperf. auctor neq quid enarraturus fuisset in altera parte, si ipsi concessū fuisset

librū suū absoluere.

Quæ adhuc protuli ~~e libris~~ ~~A~~ tū ex epist. Pe Pauli tū ex Act. Apoz abunde demonst: nullā fuisse inimicitiā Petrū inter e Paul. sed neq inter Paul. ē Jacobū.

In prædicta epist. ad Galat. bis eū directe Paul. commemorat magna cū reuerentiā

Cap. I loquens de primo suo Jeros: aduentu pō conuersionē suā

v. 18. deinde pō annos tres ueni Jerosolymā uidere Petrū ē mansi apud eū dieb̄ quindecī

v. 19. Aliū aute apoz uidi neminē nisi Jac. fratre Dūi

Cap. vero II: 9: ē cū cognouissent gratiā quæ data ē mihi, Jac. ē Ceph. ē Joan. qui uidebantur columnæ ene, dexteras dederunt mihi ē Bar. societatis etc.

Tertio loco indirectā ejꝰ mentionē facit II. 12. ubi narrat Petrū manducare solitū esse cū gentibꝰ, priusquā uenirent quidā a Jacobo, πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου

Sed nimiꝰ mihi uidetur esse B: omnēq mensurā ueri ē justi prætergredi; qui inde putat Jaco: semper ē in omnibꝰ fuisse contrariū Pau: Neq enī

aliquid certi constat de mandato itor adueniar ucq si quodcunq habuenit mandata. Equide arbitror, si aduence iti Jerosoly: locuti fuissent u. egissent nomine Jac. Paul. pro solita sua sinceritate id dicturu fuisse in epist. ad Galat. qua maxime eu eq intererat, ut diceret.

Sed habemus quoq positiua indicia Paul. postea semper in gratia e amicitia fuisse cu Jac. In prima enim ad Cor: quæ multo po episodiu Antioch. scripsit, audimus eu maxima in ueneratione loqui de Jacob: (XV. 7. deinde uisq e Jacobo, deinde apos omnbs) Quando uero ultimo ascendit Jeros: cu eleemosynis, stats uisitat ~~Paulu~~ Jacobu - Act. XXI. 17 19.

Paulu uero degente Jerosol: uidemus sæpius in templo etiam olim uero Timoth. circumcidit unde apparet etia Paulu se accommodauisse consuetudini e præjudiciis quoties rer necessitas id exigeret. Fuisse aliqua factione pharis: quæ odiuit Paul. ja ante diximus, sed hoc nequit imputari apos factioq ista, ut semper fit in Eccl: ~~propter~~ exaggerationes suas in hæresi incidit e facta e secta Ebionit.

Th. III. (Hurteri 23°)

Ecclesia ē. perennis u. indefectibilis

Eccl: ita dicitur perenne ut nō prius sit habitura finē quā totū genus hum. Ut taut. res aliqua possit dici perennis oportet eā carere omi mutatione substantiali essentiali; nā mutata ejus substantia v. essentia, res desinit existere. Duo igitur dicit ~~vox~~ attribut. perennitatis: Eccles: semper duratura esse ē semper in essentia sua fore eandē. quē nunc ē.

Demonstr. 1° ex prophetis in V. T.

Is. IX. 6 sq. Parvulus natus ē nobis ē filius datus ē nobis ē factus ē principatus super humerū ejus ē vocabitur nomē ejus admirabilis, consiliarius, Deus, fortis; pater futuri saeculi, princeps pacis; multiplicabitur ejus imperiū ē pacis nō erit finis; super soliū David ē super regnū ejus sedebit, ut confirmet illud ē corroboret in judicio ē justitia, amodo ē usque in sempiternū.

Is. 61, 8. Foedus perpetuū feriā eis ē scient in gentibus semen eorum etc.

Tot° fere ps. 88° ē de perpetuo regno Xi - v. 36 sq. Semel juravi in sancto meo si David mentiar. Semen ejus in æternū manebit etc.

Dan. II. 44 - In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnū q. in æternū nō dissipabitur ... ē ipsa stabit in æternū.

Ad quas promissiones V. T. possumus adjungere factas in N. T.

Luc. I. 32 - Hic erit magnus ē filius Altissimi vocabitur ē dabit illi Dnus D. sedē David patris ejus ē regnabit in domo Jacob in æternū.

Jāvero illas prophetias de futuro regno Messiae Hebr: semper ita intelligebant ut esset duraturū in perpetuū; Xus vero habetur in N. T. ē universali sensu om̄ Xanorum tanquā rex ille promissus in V. T.; debet ergo ē regnū ejus esse perpetuū.

Neque oportet nos disertos esse in eo ut demonstremus Xū semper a Xnis habitū esse pro rege ē Eccl: pro regno ejus. Plura jā attuli testimonia in 1a th. Ipse Xus Eccl. regnū appellat, quando

promittit se Petro daturum esse claves regni coelorum. Hl. igitur illud regnum ē perpetuæ pacis ē felicitatis, de quo loquuntur proph:

2° Pº institui comparatio veteris foederis cū novo, Synag: cū Eccl:

Jerem XXXI. 32.-40.

Agg. II. 7. ‡

cū quo loco cf. Helb. XII. 25. §

cf. etiā quæ dicit Aps de sacerdotio æterno Hebr. VII. 17. $\frac{oo}{-27}$.

manente sacerdotio debet etiā manere societas religiosa ad quā pertinet ē.

—

3.° Directe ē verbis expressis Xs sæpius declaravit in N. T. Eccl. suā fore indefectibilē.

a) Matth. XVI. 18. Ego dico tibi, quia tu es Petrus ē super hanc petrā ædificabo Eccl. meā ē portæ inferi nō prævalebunt adv. eā.

Unde apparet neq intern. neq. extern. causā unquā extituram esse quæ possit Eccl. evertere.

b) Matth. XXIV. 14. E prædicabitur h. Ev. regni in universo orbe, in testimonium ōibus gentibus ē tunc veniet consummatio

Concl: Vetus foedus sec. Jerem. irritum fact. ē quā Deus ob perversitate Hebræorum eos fastidierit, novum vero foedus hujusi fore ut nunquā sit abrogandum, nunquā Deus fastidiat populum suā.

Paulus vero explicans locum Agg. proph. hoc dicit discrimē interesse inter Vetus T. ē N. ut V. sit mobile N. vero imobile, nunquā transferend.

‡ Agg. II. 7. Quia hæc dicit Dns exercituum: adhuc unum modicum ē ē ego commovebo coelum ē terrā ē mare ē aridā 8. ē movebo ōnes gentes, ē veniet desideratus cunctis gentibus ē implebo domum istā gloria, dicit Dns exercituum

§ Hebr. XII. 25. Videtis ne recusetis loquentē. Si enim illi nō effugerunt, recusantes eum qui super terrā loquebatur, multo magis nos qui de coelis loquentē nobis avertimus.

26. Cujus vox movit terrā tunc, nunc aut. repromittit, dicens: Adhuc semel ē ego movebo nō solū terrā, sed ē coelum.

27. Q. aut. adhuc semel dicit, declarat mobilium translationē tamquā factorum ut maneant ea quæ sunt imobilia.

28. Itaq regnum imobile suscipientes habemus gratiā etc.

oo Hebr. VII. 17. Contestatur enim: Quoniā tu es sacerdos in æternum, sec. ordinē Melchisedech. 18. Reprobatio quid. fit præcedentis mandati, propter infirmitatē ejus ē inutilitatē. 19. Nihil enim ad perfectum adduxit lex:

23 Et alii quid. plures facti sunt sacerdotes

24 Hic aut. eo q. maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium;

Videlicet prædixerat Xs in capite illo destructione templi qua audita quæsierunt ex eo discipuli quandonā sit ~~futura~~ eventura ē quod signū sit futurū consummationis sæculi ejq; gloriosq adventq. τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας καὶ συντελείας τοῦ αἰῶνος

Quibq respondens Xs enumerat oīa signa quæ præcessura sint adventu ejq ē judiciū ultimū mundi, quæ īnter illud quoq; enumerat Ev. prædicatū iri per totū mundū.

Conjungit igitur hæc duo Xs, prædicat. evan. et finē mundi (καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος)

Fideles extituros esse usq; ad diē judicii

Matth. XIII. 24–30 parabola de zizania

47–50 de sagena.

~~ut~~ v. 49. Sic erit in consummatione sæculi, exibunt angeli ē separabunt malos de medio justoq. 50 ē mittent eos in caminū ignis, ibi erit fletq ē stridor dentiū

Neq; opponi pō Xu nō loqui de immediata conjunctione duaq req, quia, etiāsi temporis spatiū sit decursurū ~~post~~ ev. prædicatū in oīi terra, tamē apparet fideles superstites fore usq; ad finē mundi, in eoq enī utilitate Xs signa ista prædixit.

c) Matth. XXVIII. 19. Euntes ergo docete oēs gentes baptizantes eos in nōne P. ē F. ē Sp. S.

20. Docentes eos servare oīa quæcunq; mandavi vobis: ē ecce ego vobiscū sū oībq diebq, usq; ad consummationē sæculi ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος

prædicatio ev. ē assist. Sp. S.

Unde apparet ē prædicatio evang. ē assisteat. spiritual. Dīi promissa Eccl. docenti, semper duratura esse usq; ad finē mundi.

"Cum igitur eumdem ordinem et eandem naturam habeat Sp. ad F. qualem habet F. ad P. quomodo qui Sp. dicit creaturam, non idem necessario de F. sentiat? Si enim Sp. Filii est creatura consequens erit, ut et V. Patris creaturam dicant."

Schismatici detorquent hunc locum contendentes in Scr. et PP. – Sp. dici Sp. Filii vel 1° ob solam consubstantialitatem vel 2° ob missionem ad extra quin includatur processio a F.

Resp. S. Athanasii argumentatio celeberrima haec est:

1° Sp. Filii eodem sensu dicitur, quo V. Patris
atqui V. Patris exprimit rationem originis h.e. V. procedens a P.
ergo Sp. Filii etiam exprimit rationem originis h.e. Sp. procedentem a F.

2° Si Sp. Filii est creatura, necessario F. quoque ipse est creatura
atqui haec illatio S. Athan. esset ridicula, nisi praeter missionem Sp. ad extra doceret quoque processionem substantialem ad intra
ergo S. Athan. demonstrat consubstantialitatem cum processione designari nomine Sp. Filii

2) S. Basil. ~~dubbar lais~~

~~ex~~ lib. V contra Eunom: statuit sicut Filium ad P. ita Sp. se habere ad F.

"quod sicut F. ad P. ita Sp. se habet ad F. Propterea Dei (P.) quidem V. Filius est, V. autem Filii est Sp.... Cur et Sp. non dicitur F. Dei? Non quod ex Deo non sit per F. sed ne Trin. putetur multitudo infinita, quasi Filios ex Filiis, ut fit in hominibus, habere videretur

At dicis: si Dei quidem imago est F. et imago Filii Sp. item si Filius V. Dei et Spiritus V. Filii, cur Sp. dictus non est F. Filii? –

Ad hanc objectionem respondet dno

1° in Scr. non dici F. Filii, quamvis Sp. S. sit ex substantia F.

2° non dici F. sed Sp. ut processiones in intrinseca vita Dei intelligantur conclusae.

Atqui ex ipsa hac objectione apparet, supponi substantialem processionem Sp. a F. nam secus objectio esset puerilis –

ergo quum ex doctrina S. Basil. tum ex illis, qui quaestionem illam movebant, liquet intellexisse eos immanentem processionem Sp. a F. –

3) S. Gregor. Nyss. (Basil. fr.) duobus locis celeberrimis eandem doctrinam profitetur.

a) contr. Eun. lib. 1. p. 164.

Per generationem F. a P. non excludi aeternitatem F. qui non duratione sed sola ratione principii P. prior est F. aeternaliter genito

„eadem est nostra doctrina de Sp. S. in solo ordine differentiam agnoscens. Sicut enim conjungitur P. Filius et ex illo esse habens non tamen existentia posterior est; sic pariter ab Unigenito pendet Sp. S. ita ut sola cogitatione secundum rationem principii F. praeintelligatur subsistentiae Sp. Temporales enim dimensiones in aeterna vita non habent locum, ita ut excepta ratione principii SS. Trin. nulla re in se ipsa discernatur"

b) ad Ablab. quod non tres Dii T. II. p. 459

Secundam personam esse ex prima sola et propterea unigenitam dici, cum vero prima

et secunda (prae)supponantur, hoc ipso tertiam esse quidem ex prima, sed non nisi per secundam – s. F. solum esse ex solo P. – Sp. S. vero secundum rationem principii et principiati esse ex P. per F. –

„ indifferentiam naturae confitentes non negamus differentiam ratione principii et principiati (αἰτίου καὶ αἰτιατοῦ), in quo solo unum ab altero distingui intelligimus, quia unum credimus esse principium, aliud ex principio. Et in hoc quod est esse ex principio, iterum aliam intelligimus differentiam, unum enim est proxime ex primo, aliud est per proximum ex primo, ut et ratio unigeniti in F. indubitata maneat et Sp. S. ex P. esse medio Filio non ambigatur, qui ordo medii (F. inter P. et Sp.) et rationem unigeniti Filio reservet et Sp. S. a naturali relatione ad P. non sejungat"

II. <u>Hoc ipsum dogma processionis Sp. S. etiam a F. enunciatur aequipollenter ut missio Sp. S. sicut a P. ita a F.</u>

<u>Praem.</u> Ego rogabo P. et alium Paracletum dabit vobis .... Sp. veritatis. Jo. 14,16.

Paracletum Sp. S. quem mittet P. in nomine meo .. Jo. 14, 26

Cum venerit Paracletus quem ego mittam vobis a P., Sp veritatis, qui a P. procedit Jo. 15, 26.

Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos. Jo. 16, 7.

—

Contra Photianos qui quamvis concedant Sp. S. mitti etiam a F. tamen nolunt agnoscere in ipsa missione supponi aeternam processionem missi a mittente

declaramus: missio = manifestatio ad extra aeternae immanentis ~~missionis~~ processionis personae missae a persona mittente.

Disting: Missio duo dicit

a) fundamentum aeternum, necessarium, ut persona missa habeat originem a persona mittente, aliter non est missio in div. - quod tamen fundamentum solum non constituit missionem -

b) effectum supernaturalem ad extra, in quo consistit formaliter missio

De altero nihil dicendum hoc loco, prius indiget demonstratione.

Dem. ad a) In missione distinguitur persona missa a mittente, nemo enim a se mittitur.

Unde non est missio, quatenus consideratur effectus Dei ut Deus unus est, vel per appropriationem, ut est Dei P.

Porro missio proprie dicta in creatis semper dicit aliquam relationem superioris ad inferiorem, s. autoritatem mittentis in missum

Eadem vox in div. intelligitur

neque aequivoce, secus nihil intelligeremus (Th)

neque univoce, quia div. ens eminet super omnia

sed analogice, quia in creatis inest quaedam similitudo cum div.

Autoritas (superioritas) autem in div. non est nisi prioritas secundum originem (a quo)

atqui Sp. S. aeque a F. atque a P. missus exhibetur

ergo Sp. S. aeque a F. atque a P. procedit (s. non seorsum ab utroque, sed quatenus unum sunt)

s. missio ad extra est manifestatio processionis ad intra.

Eadem dicunt S. Aug. Trin. IV. n. 29. 32. apud Frz. 459.

et Bessarion de process. Sp. S. apud Frz. ib.

cujus verba in hanc fere formam redigi possunt:

M. Vis mittendi Sp. S. quam omnes fatentur inesse in P. et F. vel in utroque eadem est vel alia et alia

m atqui non potest esse alia atque alia (esset enim major et minor, unde diversae missiones et sublata unitas div. potentiae atque operationis)

ergo virtus mittendi in utroque eadem est

atqui in P. virtus mittendi Sp. = virtus spirandi (semper enim spirat Sp. S. et spirans mittit eum)

ergo et F. cum virtute mittendi habet virtutem quoque spirandi s. producendi

s. F. quoque est productor Sp. S.

Conclusio PP. dicunt Sp. S. profundi, scaturire, prodire, effulgere, apparere ex F. vel per F. Photiani contendentes his verbis designari missionem ad extra, nihil proficiunt. Processio enim ad extra includit processionem ad intra

s. Missio = ipsamet processio cum adsignificatione supernaturalis efficientiae ad extra.

Sed PP. multis in locis etiam tali modo loquuntur, ut verba illa necessario intelligenda sint de immanente aeterna processione Sp. S. a F. Docent enim Sp. S. a F. procedere physice, essentialiter, secundum naturam –

ergo sec. PP. missio Sp. S. ad extra nihil aliud est, nisi (immanens) processio a F. aeterna cum respectu ad extra. –

4

Th. XXXIV

Explicatur dogma, Sp. a P. procedere

Ex superioribus sequitur

1° in verbis Chr. apud Jo. 15, 26: Sp. veritatis, qui a P. procedit – non excludi F. ut unum cum P. principium Sp. S.

2° quod hoc ipso loco expressius indicatur, dum F. dicitur mittere Paracletum a P.

I. In verbis Chr. apud Jo. 15, 26. Sp. veritatis qui a P. procedit – non excluditur F. ut unus cum P. principium Sp. S.

Dem. Verba „qui a P. procedit" affirmant P. esse principium Sp. S.
non tamen declarant, sub qua formali ratione P. sit principium
utrum sit spirator quatenus unum est cum F.
an quatenus ab eo distinguitur –

atqui ~~et quidquid intrinsecum~~
spiratio non est in P. formalis ratio sub qua distinguitur a F.

ergo P. intelligitur principium Sp. S. quatenus P. et F. unum sunt virtute spiratrice s. dilectione productrice amoris subsistentis

quidquid enim intrinsecum est uni personae, intelligitur commune omnibus (propter unitatem et simplicitatem div. essentiae) excepta formali ratione relativa, sub qua una persona est principium alterius –

ergo verba „qui a P. procedit" includunt F. ut commune principium Sp. S. eodem modo quo P. creator includit F. et Sp. quatenus unum sunt eadem creatrice potentia.

Scholion. Neque excluderetur F. si dictum esset (quod nusquam fit) „a solo P."

Hujusmodi enim particulae excludentes non unam div. personam alteri, sed Deum opponunt creaturis.

„Multa dicuntur inesse soli P. tametsi F. iis omnibus" non careat, siquidem scriptum est: solus verax Deus P." S. Cyrill. Thesaur. 142 — cf. Bessarion apud Frz. p. 461.

II. In verbis Chr: quem ego mittam vobis a P. exhibetur F. ut unum cum P. quatenus P. est principium Sp. S. procedentis ab ipso.

In antecedenti th. demonstravimus, missionem personae div. unius ab altera esse manifestationem processionis personae missae a mittente.

Verba ego mittam vobis a P. exprimunt missionem Sp. S. ad extra hujusque missionis principium enunciatur P. et F. ita ut F. spectetur in recto, P. in obliquo.

Alibi ponitur P. in recto, F. in obliquo: quem mittet P. in nomine meo. Jo. 14, 26.

alibi solus P. alibi solus F. exprimitur: P. alium Paracletum dabit vobis; Jo. 14, 16. si abiero, mittam eum ad vos; Jo. 16, 7.

Quae omnes propositiones: P. mittit, F. mittit, P. mittit in nomine F., F. mittit a P. contrahuntur in hanc unam: Deus dedit Sp. suum S. in nobis. 1 Thess. 4, 8. 2 Cor. 1, 22.

Sicuti Sp. P. Sp. F = Sp. Dei

F. igitur a P. mittit Sp. S. una virtute, una missione communi —

s. P. et F. sunt unum principium missionis.

Jam verba qui a P. procedit declarant, cur haec missio sit a P.

Non enim potest esse, nisi procedat a P.

atqui una est missio Sp. S. a F. et P.

ergo fundamentum missionis unum est in F. mittente sicut in P.

Aliter: verba: quem ego mittam a P. exprimunt actum missionis, a P. communicatum F.
verba qui a P. procedit declarant rationem missionis sc. Sp. procedere a P. ut communicante F. sicut missionem ita virtutem actumque spirationis
ergo Sp. procedit a P. formaliter ut ab habente F. i.e. ut ab communicante F. actum spirationis.

Scholion Eodem modo quo hic missio Sp. S. a F. connectitur cum processione a P.
alibi inverso ordine missio a P. conjungitur cum processione a F.
Misit Deus (sc. P.) Sp. Filii sui in corda vestra. Gal. IV. 6.
ubi subjectum Deus (P.) includit F. et praedicatum Sp. Filii sui includit relationem Sp. ad P. ita ut plenus verborum apostoli sensus hic sit:
Deus P. et ideo F. cum P. misit Sp. Filii sui eoque ipso Sp. suum.
Sic in verbis illis Chr. primum enunciatur F. cum P. unum missionis principium s. missio per F. a P.
tum explicite refertur Sp. ad P. Filii et includitur relatio ad F.
Aliud est nec dissimile dictum Chr. quamvis in re diversa:
ut cognoscant te Solum Deum verum et quem misisti F. Chr.
Hic verbis „solus Deus verus" includitur F. ut solus Deus verus, tamen ad majorem claritatem in eodem ordine F. cum P. conjungitur. Sic his verbis
Sp. a P. procedit includitur F. cum P. ut principium Sp. idque expressius significatur verbis: ego mittam a P. ubi F. cum P. conjungitur in eadem relatione ad Sp.

Objectio: Revelatio affirmativa Sp. procedere a P. aequivalet exclusivae, eum a nullo alio procedere.

Dist. M. affirmatio illa est exclusio omnium, qui non sunt unum cum P. – C.
est exclusio alterius div. personae a principio Sp. S. – subdist.
est exclusio personae quae per spirationem procedit (sc. Sp. S.) – C.
est exclusio personae praeintellectae quae spiratione non distinguitur a P. (sc. F.) – N.

Quae: Cur F. processionem Sp. S. explicite referat ad P.?

Resp: Est causa eadem, propter quam omnia sua solet ad P. referre.
sc. ut intelligatur P. principium sine principio, originalis fons Trinitatis, a quo etiam F. sicut essentiam cum omnibus perfectionibus, ita et vim spiratricem (s. essentiam div. sub formali ratione producendi amorem) generatione habet communicatam.

Th. XXXV

Constans fides et praedicatio antiquitatis christianae de processione Sp. S. a P. et F. tamquam ab uno principio demonstratur ex diserta doctrina PP. 1° occidentalium 2° orientalium

Usque ad medium saec. IV oppugnatio haereticorum et defensio PP. atque industrior expositio circa mysterium Trin. ad personam P. et F. restricta erat, non autem agebatur diserta controversia de persona Sp. S. Persuasum enim erat tam catholicis quam haereticis, fide in F. distinctionem personalem, generationem ex substantia P. et consubstantialitatem expugnata

simul subverti doctrinam de Trin. et de Sp. S., vicissim confirmata fide tradita de P. et F., tutam fore fidem in Sp. Patris et Filii.

In symbolo Nic. post distinctam expositionem doctrinae de P. et F. subnectitur simpliciter professio fidei in Sp. S. πιστεύομεν — καὶ εἰς πνεῦμα τὸ ἅγιον — absque alia declaratione, quod sic explicat S. Basil. ep. 125 (al. 78) „doctrina de Sp. S. transeunter posita est (ἐν παραδρομῇ κεῖσθαι) ... eo quod tunc nondum haec mota esset quaestio, sed sine insidiis insita esset credentium animis de eo (Sp. S.) sententia.

Gregor. Naz. ep. 2 ad Cledon. quae illic obiter (ἐλλιπῶς) dicta sunt de Sp. S. eo, quod tunc haec nondum orta esset quaestio."
Cf. S. Athan. ep. ad Jovin. Imp. n. 4.
Gregor. Naz. or. 31 (al. 37)

Nihilominus saec. jam III in doctrina de distinctione personarum div. explicite declaratur processio Sp. S. a P. per F.

Orig. in Jo. n. 6. videtur mihi minus apte a cl. auctore afferri, quum dicat, sicut omnia a Deo P. per V. facta sint, ita et Sp. S. non esse ἀγέννητον, sed esse γενόμενον et γεννητόν per V. licet emineat supra ordinem omnium quae facta sunt. — Equidem assentior PP. qui damnaverint Orig. quasi Sp. S. creaturam doceret esse productam a F.
De Euseb. praep. evang. VII, 15 et Theol. eccl. III, 6 auctor concedit, ejus doctrinam de Sp. S. plane ad haeresim arianam accedere.

Dionys. Alex. apud S. Athan. de sentent. Dionys. n. 17. „Filius non separatur a P.... in manibus autem illorum est Sp. qui neque a mittente neque a ferente separari potest".

Quod idem suis verbis ita exprimit S. Athan. (expos. fidei n. 4): Sp. S. qui est emanatio (ἐκπόρευμα) P. semper est in manibus P. mittentis et F. ferentis.

Attamen luculentior fidei Ecclesiae circa hoc caput doctrinae demonstratio petenda est ex aetate subsequente, quando „multa ad fidem cath. pertinentia, dum haereticorum callida inquietudine exagitabantur, ut adversus eos defendi possent, et considerabantur diligentius et intelligebantur clarius et instantius praedicabantur" Aug. Civ. Dei XVI. 2.

I. Dogma illud explicite praedicari a PP. latinis constat abunde ex monumentis, quae supersunt saec. IV et V.

Tertull. (saec. II et ineunte III) contr. Prax. c. 8. Tertius enim est Sp. a Deo et F. sicut tertius a radice fructus ex frutice, et tertius a fonte rivus ex flumine, et tertius a sole apex a radio.

ib. c. 4. Filium non aliunde deduco, sed de substantia P... Hoc mihi et in tertium gradum dictum sit, quia Sp. non aliunde puto, quam a P. per F.

Hilar. (post med. saec. IV) in suis libb. de Trin. fere unice de consubstantialitate F. sollicitus, de Sp. S. brevissime et non nisi per incidens agit; nihilominus diserte praedicat, cum divinitate Sp. S. pari modo processionem a P. et F. in Scr. doceri et credendam esse.

Lib. II. n. 29. Cum dicunt (sc. Ariani) per quem sit et ob quid sit vel qualis sit (Sp.)? si

responsio nostra displicebit dicentium: per quem omnia (F.) et ex quo omnia sunt (P.) et quia Sp. est Dei (qualis sit), donum fidelium (ob quid - ad extra), displiceant et Apostoli et Prophetae" -

Nota S. Hilar. dicit P. ex quo, F. per quem Cf. II. n. 1. Unus est enim Deus P. ex quo omnia, et unus unigenitus Dom. N. J. Chr. per quem omnia et unus Sp. donum in omnibus.

Lib. XII n. 57 (cf. 55) P. te nostrum, F. tuum una tecum adorem, S. Sp. tuum, qui ex te per unigenitum tuum est, promerear -

Tota opera ostendit processionem Sp. a P. et F. ut inde demonstret consubstantialitatem P. ac F. lib. VIII n. 19 et 20.

Alios PP. qui eodem modo ex verbis Chr. de meo accipiet docent communicationem naturae sicut a P. ita a F. in Sp. S. vide apud Frz. p. 473.

S. Aug. „F. enim solius P. est F., P. solius F. est P.; Sp. autem S. non est unius eorum Sp. sed amborum." Plura de eadem re prosequitur ~~apud~~ in Jo. tract. 99 n. 6-9 - apud Frz. 474.

S. Fulgent. in regula fidei ad Petrum diac. „firmissime tene et nullatenus dubites, eundem Sp. S. qui P. et F. unus Sp. est, de P. et F. procedere etc. (de fide ad Pet. c. 11. n. 52)

Idem declaraverant verbotenus episcopi Africani in professione fidei ad Hunericum regem.

Eadem declaratio legitur in ep. 15 (c. 1) S. Leonis M. quo jubente celebratum est a. 447 Conc. Toletanum II contra Priscillianistas (qui inter ceteros profitebantur errorem

Sabellii de unica div. persona)
nec non in regula fidei edita ab eodem Concilio.
nec non in professione fidei contra haeresim Arianam, proposita a rege Reccaredo in Concilio Toletano III, quae laetis acclamationibus suscepta est ab omnibus PP.
Cf. Frz. p. 475 sq.
Denique habemus disertam professionem symboli Athanasiani, quod saec. jam VII publico in usu fuisse constat ex canonibus Augustodunensibus, editis sub S. Leodegario a. 676 vel 677 et saec. VI ineunte jam extitisse certis argumentis probatur:
Sp. S. a P. et F. non factus nec creatus nec genitus sed procedens. - Frz. 477.
PP. alios latinos v. ib.
Consensus talis in diserta professione doctrinae non aliunde quam ex revelatione scripta vel tradita et ex legitima explicatione revelationis derivari potuit. Fieri igitur non potuit, ut PP orientis sequerentur doctrinam oppositam, quae nisi esset explicita aut modus loquendi ambiguus vel subobscurus, explicanda esset ex diserta, clara et communi doctrina occidentalium sicque ad intellectum catholicum redigenda. At PP. Graecorum doctrina de processione Sp. S. non minus diserta et constans est quam occidentalium.
Epiphanius in Ancorato (scripto potissimum ad declarandam fidem cath. de Sp. S.) n. 7. 8.
„P. ingenitus ... F. genitus ... Sp. S. aeternus, non genitus, non creatus, non frater, non patruus, non avus, non nepos, sed ex eadem essentia P. ac F. Spiritus Sanctus. etc.
Ib. n. 70 sq. Si lux est Deus et P., lux de luce est F.... Sp. vero ab ambobus, Sp. ex spiritu ... cf. Haeres. 74 n. 7. 8. 10. 62, n. 4

S. Cyrillus frequenter eandem doctrinam tradit. Thesaur. p. 345. Cum Sp. S. procedat ex P. et F. (πρόεισι δὲ καὶ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ), manifestum est, quod div. est essentiae, essentialiter in ipsa et ex ipsa procedens.
Alios locos v. apud Frz. 480 sq.

S. Basil. contr. Eunom. III n. 1. Dignitate (ἀξιώματι) enim secundum eum esse (sc. Sp.) a F., ut qui ab ipso esse habet, et ab ipso accipit et annuntiat nobis, atque omnino ab illa causa (sc. F.) pendet, tradit doctrina pietatis etc. Ubi genuinam lectionem contra obtruncationem schismaticorum restitutam et propugnatam fuisse a Becco, Bessarione, aliisque, edocemur a Frz. 482.

Gregor. Nyss. serm. III in orat. domin: Nam unigenitus F. ex P. a S. Scr. nominatur et in hoc doctrina fidei sistit ejus proprietatem. Sp. S. vero et ex P. dicitur et ex F. esse testimonio confirmatur (καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται) — ubi alterum ἐκ deletum a schismaticis restituerunt secundum vetustissima exemplaria Beccus, Bessarion, al. — v. Frz. 484.

Appendix In II can. synodi Seleuciensis in Mesopotamia, celebratae circa a. 410, cujus olim exstabat versio latina, nunc etiam textus syriacus, legitur: confitemur in Sp. vivum et S., Paracletum vivum de P. et F.

In officio Chald. ab Assemanio prolato (Bibl. Orient. T. III. P. 2. n. 235) ad Matut. Domin. Annuntiationis legitur: P. aeternus qui P. non habet ex illo F. qui F. non habet, et Sp. S. qui ab illis procedit. —

Ex Jacobitis Patriarcha Dionysius III (medio saec. X adeoque tempore, quod

lapsum est inter Photium et Caerularium) in epistola synodica ad Mennam Patr. Coptorum profitetur:

„P. a nullo habet existentiam sed existit ingenitus, et F. est genitus a P. ab aeterno, et Sp. S. procedit ex P. et F." Assem. bibl. Orient. Tom. II p. 131. 132.

Conclusio. Latini PP clarissime et disertissime docent Sp. S. procedere ex F. et F. sicut P. esse ejus principium. Deinde orientales quoque non secus ac occidentales hoc ipsum dicere demonstravimus, cum alii Sp. ex P. per F. procedere, alii ex P. et F. atque ex ambobus esse ajunt, sicque aperte docent esse etiam ex F. Ita vero docentes latinis PP consentiunt et eadem omnes dicunt, utpote loquentes in uno et eodem Sp." Bessarion (ap. Hard. IX. 368)

Th. XXXVI

Formula catholica, apud PP graecos frequentior, qua dicitur Sp. S. procedere a P. per F. idem dicit atque: a P. et F. neque repugnant dogmati catholico S. Maximus et S. Damascenus, qui asserentes processionem Sp. per F. videntur negasse processionem a F.

P. Communi consensu PP graeci docent, Sp. S. procedere ex P. per F. quod idem est atque a P. et F.

1° Locutio per se spectata indicat P. ut principium aeternae processionis, Sp. S. ut terminum procedentem. At in enuntiatione, quae directa est causalis, illud quoque quod interponitur in obliquo sub particula διά per, semper habet

rationem principii vel causae s. formalis s. efficientis.

a) Si subjecta quae reguntur particulis a et per, non sunt hypostases distinctae, per indicabit formalem rationem causae vel quae ad rationem formalem reduci queat: e. gr. ab homine per intellectum intelligitur verum.

b) Si hypostases distinctae sint et terminus sit effectus, per designat causam efficientem sed

α) in creatis subordinatam causae principaliori: e. gr. ab operante per instrumentum efficitur etc.

β) in divinis quum subordinatio non possit esse nisi originis, particulae a et per unam eandemque causalitatem significant, sed simul adsignificant ἰδίωμα principii in persona a qua velut a fonte primordiali est operatio, et originem in persona per quam illa dicitur operari.

S. Basil. „quod P. per F. creat id neque imperfectam exhibet P. operationem neque infirmam ostendit F. virtutem, sed declarat unitatem voluntatis, adeo ut particula per confessionem habeat causae primordialis. — de Sp. S. 8, 21.

S. Chrysost. hom. V (al. IV) in Jo. n. 2, 3.: si hic per ipsum dicatur (sc. omnia per ipsum facta sunt), id ob nullam aliam causam positum est, quam ne quis F. ingenitum esse suspicetur —

Apparet utramque sententiam non re, sed modo rem eandem significandi differre. In locutione: a P. et F. directe declaratur unitas principii, ordo autem originis inter P. et F. quamvis nominibus continéatur, non tamen explicite exprimitur quoad ipsam spirationem, quae sit F. communicata a P.

In priori autem formula (a P. per F.) directe significatur ordo originis inter duas personas spirantes, quod P. est fons primordialis (προκαταρτικὴ αἰτία) a quo sicut essentia ita vis spiratrix est communicata F. — unitas vero principii non explicite ipsis particulis a P. per F. sed potius in significatione subjecti (Deus P. et Deus F.) continetur.

PP. occidentales declarantes processionem ex P. et F. enuntiant directe adv. Arianos unitatem essentiae ac spirationis et includunt distinctionem personarum adv. Sabell.

PP. orientales in formula ex P. per F. directe enuntiant distinctionem et ordinem personarum spirantium ad exclusionem Sabell. et ad repellendam calumniam ab Arian. intentam confusionis personarum, simulque includunt unitatem principii adv. Arian.

Ceterum etiam orientales amplectuntur formulam ex P. et F. nec desunt Latini qui suscipiant alteram: ex P. per F.

2° Si contextus PP. graecorum inspiciuntur, de eorum consensu cum PP. occidentalibus nullus relinquitur dubitandi locus.

α) Non solum simpliciter processionem dicunt a P. per F. sed directe declarant, sibi sermonem esse de immanente, aeterna processione personae Sp. S. quae sit per F. adeoque non solum de missione ad extra. Ajunt Sp. S. procedere per F. essentialiter, natura, naturaliter — v. Frz. 460

b) Describunt ipsam processionem, quid sit – communicari naturam a P. per F. Sp. Sancto.

Athan. ep. 3 ad Serap. n. 1.

Basil. de Sp. S. c. 18. n. 47. Naturalis bonitas et essentialis sanctitas et regalis dignitas a P. per Unigenitum in Sp. permanat.

c) Declarantes processionem Sp. a P. per F. dicunt secundum ordinem originis inter div. personas F. esse medium inter P. et Sp. S. ita ut solus F. sit a solo P. – Sp. vero non a solo P. sed a P. per F. atque ideo F. sit proxime ex P. – Sp. per ipsum qui est proxime ex P.

d) Comparationes quibus SS. Doctores processionem Sp. ex P. per F. frequenter illustrant exhibent Sp. S. procedentem aeque ex F. ita ut simul ostendant virtutem spiratricem esse in F. communicatam a P. – Ex. gr. P. est sol, F. radius, Sp. splendor. P. scaturigo, F. fons, Sp. aqua – F. flos, Sp. odor ex flore; F. mel, Sp. dulcedo. Alia exempla apud Frz. 492.

II. Inde a saec. VII nonnulli putabant Graeci ex illo frequentiori loquendi modo PP. orientalium nomen causae s. principii (αιτία) et particulam ἐξ, ubi agatur de processionibus internis, determinatam esse ad solum P. designandum qui est principium primordiale, προκαταρκτική αιτία. Quo posito nec F. αιτία s. principium primordiale Sp. S. nec Sp. S. ex F. procedere sed tantummodo ex P. per F. procedere dici poterat. Modus hic intelligendi locutiones veterum PP quamvis nimis exclusivus, errorem non continet, potest tamen praebere occasionem errandi.

Duo sunt scriptt. graeci, unus VII, alter VIII saec. qui ea, qua supra diximus, significatione nomine αιτίας et particula ἐξ usi sunt.

a) In Conc. Flor. a Graecis productum est frgm. ex epistola S. Maximi ad Marinum presb. Cypri (Opp. S. Max. tom. II p. 69 sq. – ex interpretatione Anastasii Bibl. apud Galland. XIII p. 38).

S. Maximus refert, Constantinopolitanas monotheletas reprehendisse in litteris synodicis Martini I

(1° circa div. Incarnationem, quod scripserit, Dominum, ut est homo, esse atque peccato primi parentis)

2° quoniam dixit, Sp. S. procedere etiam ex F.

Responsio Rom. quod ad 2° refertur a S. Max. „Et primo quidem consonantia latinorum PP testimonia protulerunt (sc. Romani), praeterea etiam Cyrilli Alex. ex ejus sacra lucubratione quam scripsit in S. Jo. Evang. ex quibus ostenderunt se F. non facere causam (αἰτίαν) Sp. S.; unam enim F. ac Sp. S. causam P. noverunt, alterius quidem per generationem, alterius vero per processionem (κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν); sed ut per eum prodire significarent, atque hac ratione essentiae unitatem et omnimodam aequalitatem demonstrarent"

Sic igitur Maximus, ut ait Anast. Bibl. (ep. ad Joan. diac.) „et nos et Graecos docet, secundum quiddam procedere et secundum quiddam non procedere Sp. S. ex F.

sc. non procedere ex F. tamquam ex persona 1ª per virtutem spiratricem non communicatam, procedere vero ex F. ut ex persona 2ª quae virtute spiratrice communicata a P. unum est cum P. principium Sp. S.

Caeterum ubi S. Maximus sententiam suam directe exponit, diserte docet, Sp. S. ita esse naturaliter Sp. F. sicut est naturaliter Sp. P. atque adeo eandem esse relationem Sp. S. ad F. quae est ad P. „quia essentialiter ex P. per F. genitum procedit". – Quaest. 63. in Script. Opp. T. I. p. 238.

6) Ex iisdem principiis intelligendus est S. Jo. Damascenus - saec. VIII, negans processionem dici ex F. sed constanter simul affirmans, esse ex P. per F. V. Frz. 495.

Th. XXXVII

Consensus PP graec. cum latinis clarissime elucet ex comparatione, quam instituunt relationis Sp. S. ad F. cum relatione F. ad P. nam

1° docent, F. solum ex solo P. et proxime ex P. - Sp. S. vero non ex solo P. sed interposito F. ac per F. originem habere docent

2° iisdem locutionibus quibus exprimunt relationem originis F. ad P. describunt etiam relationem Sp. S. ad F. excepta fere sola appellatione Filii, geniti, generationis.

I. Personalis character F. secundum PP in eo est, quod ipse solus est ex solo - sc. ab uno P. procedens - Sp. S. autem hoc ipso a F. distinguitur quod non ex solo P. sed ex P. per F. procedit Talis est sensus S. Basil. ep. 38 (al. 43) 4. 7 ubi dicit notionalem characterem proprietatis hypostaticae Sp. S. in eo esse, quod post F. et cum ipso manifestetur, F. autem solum unigenite ex ingenita luce effulgere P. denique illam praecipuam suae hypostaseos habere notam, quod sit P. et a nulla causa subsistere solus habeat - cf. Frz. 497.

Conferenda sunt cum his quae dicit Basil. fr. S. Greg. Nyss. tum lib 1 c. Eunom. tum ep. ad Ablab. (apud Frz. 455) ubi diserte docetur, nullam aliam esse distinctionem inter personas div. nisi rationem principii, quod una originem habeat ab altera Sp. que S. pendere a F. eo sensu

quo F. esse habeat a P. – denique differentiam inter processionem F. et Sp. S. a P. eam esse, quod F. sit ex prima persona <u>proxime</u>, nulla alia persona interposita et ideo esse unigenitum – contra Sp. S. et ipsum quidem esse ex prima persona sed non <u>proxime</u> verum per secundam ex prima s. interposita secunda persona (= „post F." Basil.)

Hinc fit secundum S. Basil. et Nyss. ut
1° solus F. sit ex unica persona (unigenitus) Sp. S. vero ex duabus
2° persona 3ª sit etiam ex 1ª sed ex 1ª per 2ªm mediam.

Idem dixerat Athan.: „Sp. ex P. procedere dicitur quia effulget ex Verbo, quod ex P. esse in confesso est" apud Frz. 298.

Omnibus his locis nihil aliud docetur, quam quod iidem PP. alias simpliciter declarant, Sp. S. procedere ex P. et F., habere esse ex F. sicut ex P.

Remanet declarandum quid sit et quo sensu intelligi debeat illa interpositio (μεσιτεία) F. inter P. et Sp. S. ac processio velut mediata ex P.

Si diceretur mediata eo sensu quod ex P. sit F. et ex solo F. deinde Sp. S., esset error gravissimus subvertens intrinsecam oeconomiam SS. Trin. coincidens cum haeresi Pneumatom.

Sensus genuinus illius locutionis non est obscurus.
Sicut natura ita operatio omnis ad extra una est indistincta et communis tribus personis, nihilominus P. dicitur causa primordialis, F. operans, Sp. S. perficiens – P. dicitur per F. in Sp. S. operari.

Quae locutiones supponunt indistinctam unitatem operationis et solam distinctionem inter personas, quod natura et proinde potentia atque operatio in P. est non communicata, in F. communicata a P. in Sp. S. communicata ab utroque.

Sic etiam spiratio ad intra una est communis P. et F. sed a P. communicata F.

Unde sicut tres personae non creant quatenus distinctae, sed quatenus unus sunt Deus et unus creator neque sine errore vel Gnostico vel Ariano dici ponet P. mediatus tantum creator per F. ita etiam

P. et F. non quatenus distincti sed quatenus unum sunt natura sub formali ratione spirationis, spirant Sp. S. et ideo unus sunt spirator nec proinde minus immediate P. quam F. est principium Sp. S.

—

Sin autem non communis illa spiratio, sed distinctio et ordo personarum attendatur, quarum est spiratio, P. non spirat Sp. S. nisi supposita generatione F. Est enim Sp. S. ordine ontologico 3^a non autem simul cum F. 2^a persona et ideo F. aeternaliter generatus praeintelligitur aeternae processioni Sp. S.

Ordine igitur originis prius intelligitur generatio F. ex solo P. unde recte dicitur F. proximus ex primo —

quumque P. non spiret Sp. S. nisi supposita communicatione vis spirativis in 2^{am} personam genitam, ideo rursus

ratione ejusdem ordinis recte dicitur Sp. S. procedere per illum, qui est proxime ex primo. — Cf. Frz. 373 sq. 400 sq. S. Thom. I dist. 12. q. 1. a. 3.

—

Hinc intelligitur quo sensu a PP. F. dicatur medius inter P et Sp. S. quove Sp. S. medius inter P et F.

a) Si spectetur ordo personarum F. medius est inter 1^{am} ex qua generatur et 3^{am} quae nonnisi supposito F. et ex P. per F. procedit. "non Verbum per Sp. sed Sp. per V. Patri conjungitur, quia a F. accipit" Athan. or. c. Arian. III. 24.

b) Si consideretur una spiratio communis P. et F. s. una P. ad F. et F. ad P. mutua dilectio, cujus terminus intrinsecus productus est Sp. S. amor subsistens ac Sp. S. potest dici medius inter P. et F. vel „unitas amborum" (Aug. – Frz. 391) osculum commune P. et F. imperturbabilis pax, gluten firmum (Bern. – Frz. 388) „quod ab utroque procedat indissolubile vinculum Trin." S. Bern. in Pentec. serm. 3 n. 2.

II In Scr. et PP multiplicia sunt nomina F. Dei relativa ad P. quibus

1° vel directe significatur ejus origo a P. et adsignificatur modus originis per generationem: Verbum, Sapientia, figura (χαρακτήρ), imago, virtus, splendor –

2° vel directe et expresse significatur modus processionis per generationem: Filius, generatio –

Priora illa transferuntur a PP ad significandam relationem Sp. S. ad F. ita ut retineatur solum significatio directa originis seposita significatione modi originis

Altera manent propria solius 2ae personae, ita ut nunquam usurpentur ad exprimendam relationem Sp. S.

1° Principium generale a PP. traditur tale: talem ordinem et talem naturam habet Sp. ad F. qualem habet F. ad P." Athan. ep. 1 ad Serap. n. 21

2° speciatim exceptis nominibus Filii, geniti, unigeniti, quae propria sunt 2ae personae ex peculiari modo processionis per generationem – reliqua adhibentur omnia ad designandam quoque relationem Sp. S. ad F.

Locos v. apud Frz. 502.

De F. consubstantialis relatione ad P. ut ad suum principium a plurimis PP. intelligitur illud Christi: P. major me est – Athan. c. Arian. or. 1 n. 58 – idem ib. n. 50 declarat F. majorem Sp. S.

quum autem dubitari non possit quin verba illa quum de F. adhibentur, designent relationem originis ex P. neque in Sp.-S. aliud quid significare possunt nisi processionem ex F.

Quae omnia si ita non haberent, absurda esset objectio illa Eunomiana atque a PP. saepius ventilata quaestio, cur Sp.-S. non sit F. Filii?
Respondent PP. – apud Frz. 454 – nullam aliam hujus rei dandam esse responsionem, quam quod in Scr. et universa revelatione Sp. non dicatur F.
vel etiam praeter generationem extare alium processionis modum, quo quum procedat Sp.-S. ideo neque esse neque dici Filium Filii

---

Luce clarius continetur in Scr: ~~doctrina~~ explicita e diserta SS. Trini: professio. E de prima quidē persona nunquā dubitatū ē neq ab hæreticis, ~~nisi~~ quamvis diverse sentirent tū de ~~2a tū~~ de 3a persona.

Itaq primū agendū ē ut ē 2a ē 3a personā veras personas div: esse demonstremus, postea demonstrabimus eas cū 1a simul unū tū numerica tū substantiali unitate Deū esse. De Filio quidē vix credibile q. tot extiterint hæreses qui eū negarent unū cū Patre Deū verū, nā omnis fere pagina N. T. eū h. esse diserte proclamat. Cujus rei sensū aliquē neq hæretici potuerunt in propria conscientiā delere, nisi ultimos tempos rationalistas excipias, cū oēs in h. saltē conveniant J. Chr. fuisse fuisse aliquid humanitate excellentius. Quē sensū si voluissent perficere neq suas: Scripturæ ~~obturare~~ recusare aures, profecto intellexissent, talē prædicari eminentiā ut et angelos ē homines superet ita ut nō possit nisi Deus esse. Nā ē in Scr: ~~se~~ ipsū ē Apost: prædicatione tanta ejus exhibetur excellentia, ut nisi div: sit prorsus intelligi nequeat: oīa enī quæ ~~au~~ soli Deo conveniunt ipsi adscribuntur: ipse auctor ē hujus universi; ipse major Salomone ē prophetis, ipse prior Abraham, ipse sa adorand: proponitur eodē m° quo Patre dicit honorificand: ipse se fidei spei caritatis objectū prædicat, ipse oīū gratiarum auctore ē principiū. Quid q. ipse ē Deū se prædicat Deus filiū. Cujus argumenti acies ne obtundatur, hæc monenda esse censeo: Quamvis sæpe in Scr: ē hoēs ~~prædic~~ appellentur Dii, testante ipso Salvatore ē filiū Dei, nā ē obs nobis contigit ut filiū Dei ē simus ē appellemur, tamē dū hæ voces nunquā eodē m° adhibentur de Salvatore ē de reliquis mortalibus, ita ut statū primo infinita differentia eluceat. Nunquā enī in Scr: simpliciter, atq ulla determinatione, homo quis v. angelus Deus appellatur, nisi in theophaniis ubi sæpius Angelus Dni etiā Deus appellatur quæ tamē appellatio nihil contra nostrā

assertionē demonstret, cū in theophaniis, testante Gregorio M. appellatio tū ad creaturā possit dirigi, quæ repræsentat, tū ad Deū, qui per eā repræsentatur.

Neq filius Dei unquā appellatus est quis in Scr: eodē m° quo Salvator cujus assertionis egregiū patronū habemus ipsū Apo: gentiū dicente: cui enī angelorum dixit unquā: Filius meus es tu, ego hodie genui te. E re quidē vera nunquā ~~de~~ angelis in numero sing: hæc appellatio tribuitur, hominibus vero nō aliter nisi aut in plurali, aut si numero sing: adē semper hæc 3 inveniatur: v: collective v: typice v. indeterminate - nunquā personæ determinatæ alicui Filius Dei appellatur in Scr: Cujus rei ministros testes habemus Judæos qui propter hanc appellationē, quā sibi eā Salv: vindicasset eū lapidare volebant, q. quon° fieri potuisset si esset appellatio communis aut ut nonnulli rationalistæ fabulantur, tū temporis usitatissima ad Messiā designand. Probe eā intellexerant, e tamē bene callebant Scr: h: scrsu qui se Filiū Dei dixit, vere Deū esse, e propterea quærebant eū ad mortē quoniā cū homo esset, Deū se faceret.

Hic Salv: cujus divinitatē demonstravimus, e Deū se dixit e Filiū Dei e cū P: unū affirmat, ut dixit: ego e P. unū sumus. Quo quid dixerit, quid insinuaverit? Habes 2as personas quæ dicuntur unū: jā vero si 2æ personæ unū dicuntur, unū esse nō possunt nisi unitate morali v. juridica v. essentiali. primū e alterū inter mortales commune e, nō tamē in Salv: cadit. Nā cum jā demonstratū e eū Deū esse, haberemus duos Deos conjunctos vinculo moralis, quod ratioui repugnat. Qui enī se Deū dixit totā se dixit esse plenitudinē perfectionis, totā infinitā substantiā. At duæ infinitæ substantiæ existere nequeant q. ex philosophia supponimus, quū igitur Deus Pater sit plena jā perfectio e infinita substantia ille qui se unū dixit cū hac substantia se eandē esse substantiā declarat, ḡvis personalitas remaneat distincta.

Nunc restat ut divinitatem quoq Sp. S. evincamus. q. ne longiores simus uno

præ multis argumento perficere conamur.

Salvator qui ante ~~[illegible]~~ mirabilem ascensionem discipulis plenitudinem tribueret apost: potestatis tanquam formula, quæ esset tenenda totius doctrinæ christianæ hæc illis demandavit: euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine P. et F. et Sp. S.

~~[illegible]~~ Propositio enim hæc, nisi velis contra communem sensum loq: ire, tres distinctos dicit et æquales una connumeratione: jam vero quum ex anteced: constet et P. et F: distinctos esse personas in uno Deo, profecto 3um membrum connumerationis non potest nisi una esse persona, quæ prioribus connumeratur et simul iis uno et eadem unitate qua P. et F: unum esse prædicatur.

Q. ut magis appareat h. subjungimus Sp: non pot significare in div: nisi attributum Dei aut realiter subsistentem personam. Atqui 1um repugnat, nam sec: leges loq: hortus terminus fieri non pot ut Deus et attributum aliquod in recto connumerentur, maxime cum non Deus in confusio, sed duæ distinctæ personæ enunciantur. Quapropter ut ~~[illegible]~~ dicere fas non est: Deus et sapientia, Deus et caritas, eodem non neq: dici pot: Deus et Sp: quin intelligi nequeat hujusm. connumeratio. Præterea tria illi distincti unitate nominis conjunguntur, atqui absurd: est, ut attributum habeat idem nomen q. persona, cujus est attributum, ergo h. unum restat, ut in formula illa baptismali tres illas personas et distinctas prædicemus et unum unitate nominis.

Unitas vero nominis non pot intelligi absque unitate essentiae. Quid enim nomen sibi vult nisi exprimat adæquate rei natura: q. quamquam ap: homines non semper obtineri pot, ~~aliter~~ ~~tamen~~ semper verum esse debet, quoties a Deo ipso tum de se tum de creaturis nomen prædicatur. Sæpissime est in V. et N. T: mutata alicujus rei v. hominis non quidem natura, nam hominis natura mutari nequit quin plane cesset esse, nomen etiam ~~[illegible]~~ aliud imponitur ad novum habitum exprimendum cujus rei exempla præter multa alia habes in patre Hebræor, in uxore ejus, tandem in principe Apo:

Si h. verū ē de creaturis, magis adhuc ī Deū cadit, unde si Deq de se ipsū appellat: ergo sī qui sū dicendq ē nomē quū maxime adæquatū sibi ī. didisse. ~~unde~~ significat igitur totā ejq essentiā unde si idē nomē de Deo ē aliā quādā persona prædicatur, hæc unitas nominis etiā essentiā unitatē postulat. H. ē q: ī forma de qua agimq, ivenitur: dicitur unū nomē P. ē F. ē Sp S. atqui unitas nominis dicitur unitas essentiæ, ergo tres hi nō solū unū sunt unitate nominis verū etiā unitate substantiæ.

Th. XXXII

Processio Sp. S. a F. aeque ac a P. demonstratur

I.° ex diserta doctrina ipsius F. apud Jo. XVI. 13 sq. 2.° ex indicata multis in locis relatione Spiritus Filii non secus ac est Sp. Patris.

I. Ex diserta doctrina ipsius F. apud Jo. XVI. 13 sq.

Praemittitur Jo. XVI. 13 – 15.

„Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur „a semet ipso: sed quaecumque audiet, loquetur, et quae ventura sunt annuntiabit vobis." – „Ille me clarificabit: quia de meo accipiet et annuntiabit vobis. „Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet et annuntiabit vobis." –

Declaratur his verbis

1° relatio Sp. S. ad F.

2° ratio hujus relationis.

Ad 1°. Spiritus veritatis est ipsamet absoluta veritas s. tertia div. persona (vide Th. anteriores)

Hic Sp. non loquetur a semetipso, sed quaecunque audiet

Ergo non est absoluta veritas quatenus incommunicata, sed quatenus communicata ab alia persona.

at F. ipse dicit se esse hanc personam et Sp. de suo accipere

ergo Sp. accipit veritatem ~~ea~~ a F. quam annuntiat

~~Obj.~~ at communicatio sapientiae (veritatis) in div. idem est ac communicatio essentiae

ergo Sp. S. procedit essentialiter a F.

Obj. a) „De meo accipiet" ~~[illegible]~~ graece ut putant haeretici, significat „a P. meo"

Resp. Omnes PP. graeci intelligunt verba illa ita, ut in genere neutro significetur id, quod inest in F. non autem ut referantur ad P. tanquam genus masc.

Athan. Apollinaris, Chrysost.

Quod idem Bessarion gramatice demonstravit.

ergo: de meo accipiet = accipere de iis quae sunt F.

Obj. b) Accipit de iis quatenus sunt in P.

Resp. 1.a Accipere de meo – solummodo significat: accipere de eo quatenus meum est

ergo Sp. accipit de iis quae F. sunt, quatenus sunt in F.

Resp. 2.a verba: „~~Ille me clarificabit~~" indicant

2. Resp. 2a Verba: quia accipiet de meo " indicant immediatam rationem, cur clarificat
atqui Sp. S. clarificabit F. quia de eo accipiet
ergo Sp. S. accipit immediate a F.

Resp. 3a: Praemitto
Sp. S. procedit a P. ut constat ex Jo. XV. 26
P. habet virtutem spirandi Sp.

Chr. dicit: omnia quaecumque habet P. mea sunt — propterea (Sp.) de meo accipiet (Sp.)
h. e. omnes perfectiones P. sunt in F. (excepta paternitate)
atqui P. habet virtutem spirandi Sp.
ergo eadem virtus est in F. ut Sp. accipiat de eo quod in F. est.

Objectio Hoc loco non est sermo de processione immanente et aeterna Sp. S. sed de operatione in tempore et ad extra.

Resp. 1a Operatio Sp. S. enuntiatur ut communicata, tum locutione negativa: non loquetur a semet ipso — tum affirmativa quaecumque audiet, loquetur — de meo accipiet et annuntiabit
Atqui actio in div. non est aliud quam div. essentia (cum respectu ad extra)
ergo communicatio operationis ab una persona ad alteram non est nisi communicatio essentiae.

Scholion: Filius etiam suam processionem a P. demonstrat a unitate actionis, quae a P. in F. communicatur: a me ipso facio nihil, sed sicut docuit me P. haec loquor — et similia.
v. Franz. p. 440.

Resp. 2a Quaeritur quid sit illud meum 1° formaliter et secundum distinctionem rationis
2° identice ac realiter —

Distinguo signif. formalem a) ut est intrinsecum ac communicatum ipsi personae div.
b) prout inde est aliquid transiens in creatura

In significatione formali sub b) (prout est aliquid transiens in creatura) meum est doctrinae annuntiatio et ipsa doctrina

In significatione formali sub a) est absoluta sapientia cum respectu ad extra
Atqui: absoluta sapientia = ipsa div. essentia
Ergo: de meo = de mea essentia

Scholion. Filius suam processionem declarat per communicatam sapientiam a Pa secundum S. ling. verba Chr: docuit me P. = scientem me genuit P. — Franz. 444.

Resp. 3a Verba audiet, accipiet significant temporarium effectum immanentis aeternae acceptionis. Acceptio (auditio) ut immanens, aeterna, sine successione existit, sed cum respectu ad effectum in tempore futurum potest pronunciari in tempore fut.

Thesis XXIII

Hypostasis vel persona est individua substantia, quatuor notis determinata, nam ~~et singularis~~

et singularis est, non autem universalis

et integra non autem pars alterius personae

et totam in se, contradistincta a substantia, quae quamvis singularis et integra, tamen facta sit per modum partis natura alterius personae

et tota in se incommunicabilis .. quatenus non communicatur seu identificatur cum pluribus realiter inter se distinctis.

Apparet etiam ex lumine rationis divinam essentiam tribus prioribus modis esse substantiam individuam, qui tamen modi non constituunt personae notionem completam. Quum autem constet ex revelatione divinam substantiam absolutam simul esse tres inter se distinctos, patet illam non esse individuam, quatenus identificetur cum tribus seu quatenus spectetur sub formali ratione absoluti. Non potest ergo substantia divina dici individua sensu hypostaseos nisi quatenus est incommunicabilis vel quatenus est hic Pater hic Filius hic Sp. S. vel quod idem est quatenus spectatur sub formali ratione relativi. Haec incommunicabilitas, hoc esse totum in se, haec totietas in se, est formalis ratio, qua substantia singularis et integra intelligitur in se subsistere sive quod idem est, intelligitur esse persona.

Dicimus igitur: persona divina est ipsamet divina essentia sub formali ratione relativi ad intra, sub qua ratione sunt tres inter se distincti; non autem sub formali ratione absoluti, sub qua ratione est una indistincta essentia seu natura. Quae nostra declaratio nititur luculenta argumentatione S. Aug.

Quibus praemissis possumus divinam personam ejusque constitutionem dupliciter concipere: aut complexius sub notione compositionis aut simplicius, recedendo ab illa compositione in conceptu.

II. Quum in persona divina duplex sit ratio formalis, virtualiter distincta, utraque respondens duplici nostro inadaequato conceptui, ratio sc. absolutae essentiae et ratio relativi: sequitur ut persona dupliciter concipi possit, vel ut hic unus sub ratione relativi, distinctus ab aliis ejusdem naturae, qui habeat naturam tamquam formam metaphysicam — tum relativum in recto concipitur, absolutum in obliquo — Vel etiam concipimus essentiam velut affectam relatione, quae efficit ut hic

unus distinctus est ab aliis sive (subsistat) distinctus. Tum essentia in recto spectatur, relatio in obliquo. —

Liquet utramque concipiendi modum eodem redire, et, ut verbis utar Ita. theologi, essentiam et personam esse idem re, differre autem nostro modo intelligendi, ita ut persona constet ex essentia et proprietatibus. — Quamvis autem persona ita intelligatur, non est tantummodo relatio abstracta, cum distinctione rationis ab essentia, sed formaliter persona est, quatenus hic unus subsistit incommunicabiliter totus in se et distinctus ab aliis ejusdem naturae; atqui hoc modo subsistit tantum sub formali ratione relativi, nam essentia absoluta tribus communis est, non autem eos distinguens. ergo persona divina formaliter constituitur relatione.

Quod etiam Bessarion affirmat, cujus verba hoc fere dicunt: Quum divinae personae non distinguantur essentia, in ea enim conveniunt, quumque in Deo praeter essentiam atque relationes et origines nihil prorsus aliud intelligatur necesse est personae divinae distinguantur ab invicem vel origine vel relatione vel utraque atqui relatio et origo re non differunt, ergo ~~dicitur~~ dicitur, personas divinas constitui per relationes. (N: relatio spectatur per modum formae, ut paternitas — origo per modum actus, ut generatio). —

III. Distinctio nostra inter essentiam et relationem div. est compositio hypostaseos div. ex utraque ratione fit solummodo secundum imperfectum nostrum modum intelligendi, licet cum fundamento in re, res autem ipsa in se simplicissima est. Quamvis enim relationem concipiamus non exprese ut substantiam, tamen res concepta sub notione relationis divinae essentialiter est substantia neque relatio divina concipi potest cum praecisione objectiva ab essentia. Secundo intentionaliter sane rem illam simplicem, quae respondet personae divinae, concipimus modo per aenigma essentiae creatae modo per aenigma relationis creatae spectata, at primo intentionaliter relatio est simul substantia divina, relatio substantialis vel substantia relativa. Haec fere Pall.

Potest ergo constitutio divinae personae paullo aliter concipi. ~~Dicimus~~ personam div. non esse aliud quid quam realem relationem div. Relatio div. non est quid abstractum a div. essentia sed ipsamet illa div. essentia sub formali ratione relativi. quod idem est atque illud principium fidei definitum: essentia (sub formali ratione absoluti) non est generans neque genita neque procedens, sed (sub formali ratione relativi) est P. qui generat, F. qui gignitur, Sp. S. qui procedit. Est igitur persona div. non aliud quam div. relatio substantialis, ergo persona div. recte dicitur constitui relatione.

IV. Quaeritur utrum personae div. sicut relationibus ita et originibus constitui dici queant.

Resp. Si spectetur identitas originis et relationis in Deo, nihil interest, utrovis modo loquamur. Sin autem spectetur noster modus intelligendi, personae div. potius relationibus quam originibus constituuntur.

a) Origo et relatio in Deo plane idem est.

Demonstr. α) Div. intellectus non est potentia distincta ab actu, sed purus actus, substantialis intellectio.

(unde) div. intellectus quatenus producens Verbum (suum terminum intrinsecum) non est

potentia exiens in actum productionis Verbi

sed purus actus substantialis intellectionis, ex intrinseca sua natura productivus Verbi

(unde) aeternum necessarium producere s. generare (cujus terminus intrinsecus necessarius est Verbum)

non est actio labens

sed substantialis aeterna immutabiliter subsistens intellectio relativa ad suum Verbum

s. substantiale intelligere productivum Verbi –

atqui hoc idem est atque origo activa

ergo origo activa est aeterna incommutabiliter permanens relatio paternitatis ad Verbum

β) Aeternum produci s. generari (origo passiva) non est quid labens sed necessario et aeternaliter permanens produci intrinseci termini intellectionis paternae

atqui hoc produci (origo passiva) idem est ac productum esse (relatio filiationis)

ergo origo passiva est aeterna incommutabiliter permanens relatio filiationis ad Patrem.

Scholion

~~Substantiale intelligere div. absol. spectatum est una indistincta essentia div.~~

Substantiale intelligere div. absol. spect. est una indistincta essentia div.

~~Substantiale intelligendo exprimere relative spectatum (active) est Pater exprimens suum Verbum, distinctus a Verbo expresso~~

relat. spectat. 1° active

a) est intelligendo exprimere Verbum

b) est Pater exprimens Verbum distinctus a Verbo expresso.

relat. spectat. 2° passive

a)

Confirmat nostram doctrinam D. Th: in creatis omnis relatio realis praeter respectum ad aliud est etiam aliquid absolutum, quatenus inest substantiae. In Deo relationes sunt reales, ergo sunt res aliquae cum respectu ad terminum. At non possunt esse neque accidens neque res aliqua superaddita essentiae, ergo secundum rem sunt ipsamet essentia div. Atqui essentia sub formali ratione absoluti non dicit respectum realem ad terminum intrinsecum, ergo illa res, quae habet rationem essentiae, ex intrinseca sua natura habet etiam rationem relativi. „ Patet ergo, quod in Deo non est aliud esse relationis et essentiae, sed unum et idem "

Non sunt igitur absolutum et relativum in divinis duae res vel duae rationes cum praecisione objectiva distinctae, quae concurrant ad unam rem componendam, sed una summa res, quae concepta sub ratione relativi est simul essentia absoluta, et vicissim concepta sub ratione absolutae essentiae est simul tres relativi et quilibet eorumdem. Quae duplex ratio, quam summa res habet secundum functionem tum absoluti tum relativi a nobis duplici inadaequata notione exprimitur (quoniam noster conceptus relativi non exprimit simul absolutum, neque conceptus absoluti simul relativum), a parte rei tamen simul et relatio est et absolutum esse — et verus Deus subsistens in natura absoluta.

Jam in relatione div. haec duo considerantur (secundum D. Th.): quod et substantia est et quod relatio ad alterum. Respondendum est: quatenus relatio = essentia, est relatio substantialis s. substantia relativa

Quatenus relatio refertur ad alterum terminum relationum — est hic unus distinctus ab aliis relativis ejusdem essentiae.

unde div. relatio identificata cum essentia et sub utraque ratione absoluti et relativi una res simplicissima — est persona div. subsistens.

Duplex igitur ratio requiritur ad hypostasin, substantialitas et distinctio
atqui nisi relationes essent simul substantia, deesset fundamentum hypostaseos
nisi essent formaliter relationes, deesset formalis ratio hypostaseos
ergo relationes sunt et substantia div. et formaliter relationes

Ex doctrina igitur D. Th. relatio div. intelligitur esse persona div. sive quod idem est: personae div. constituuntur div. relationibus.

Explico: nomen constitutionis sumitur sensu metaphysico, non physico.

Probo alio modo:

Distinctio inter originem et relationem a creatis ad divina transfertur.

Atqui in creatis relatio quamvis non constituat personam, tamen sine ea non concipitur neque incommunicabilitas neque realis distinctio unius personae ab altera. Origo vero nec constitutionem nec conceptum incommunicabilitatis personae creatae ingreditur

ergo si jam originem et relationem in persona div. secundum analogiam personae creatae distinguimus, aptius relatione quam origine persona div. constituta concipitur.

Corollarium Quid sentiendum sit de prioritate rationis inter actus notionales (origines) et inter personas (proprietates personales)

Quaeritur: 1° de re ipsa, ut in se est

2° de ordine inter notiones velut partiales, quibus nos nostro modo imperfecto eandem rem concipimus per multiplices distinctiones.

Respondeo ad 1° nulla est prioritas ne rationis quidem inter actum notionalem et proprietatem personalem —

Sequitur ex iis quae dicta sunt de identitate originis et relationis in div.

Scholion. Quoad primam personam: Pater non est prius persona constituta, quae deinde generet eam ipsamet generatio substantialis, habens Verbum productum immanens, Pater est. Ipse Pater, sub formali ratione ut P. est, generat et per hunc aeternum necessarium actum est persona distincta – paternitas et generatio simul sunt, ita ut neutra intelligi possit quasi prior ratione quam altera.

Obj. 1a Actiones sunt suppositorum

atqui generatio est actus patris

ergo pater ratione prius intelligi debet quam generatio.

Resp. conceptus Patris hic assumitur inadaequatus et in confuso secundum analogiam in personis creatis.

Sed Intellectio producens Verbum (actus notionalis) non est actio elicita alicujus suppositi (ut in creatis), sed actus purus substantialis qui est Deus Pater. Actus ille relativus non inhaeret alicui personae praeintellectae, sed est haec ipsa persona Patris distincta a F. et Spr S. Persona div. non est suppositum eliciens actum a se distinctum, sed actus ipse relativus substantialis est persona. –

3/

Scholion 2

Substantiale intelligere div.

absol. spectat.

est una indistincta essentia div.

relat. spectat.

a) est intelligendo exprimere Verbum [origo activa]

b) est Pater producens Verbum distinctus a Verbo producto. [relatio paternitatis]

idem

Substantiale intellectum Deo

absol. spectat.

est una indistincta essentia div.

relat. spectat

a) est intelligendo produci [origo passiva]

b) est Verbum productum distinctum a Patre producente [relatio filiationis]

idem

Scholion 1.

origo in divinis

est activa

1) generare — generatio

2) spirare [~~actus~~ notionales] — (spiratio non constituit personam.

est passiva

1) gigni — nativitas

2) spirari — processio

constituit personam

b) Si spectetur noster modus apprehendendi personae div. aptius dicuntur constitui relationibus quam originibus.

Probo: Relatio concipitur per modum ~~formae~~ rei permanentis (in facto esse, in esse producto) ut forma permanens, habens esse fixum

Origo concipitur per modum viae tendentis ad esse (velut fieri) (or. passiva) vel ad aliquem terminum constituendum (origo activa)

atqui persona constituitur per formam fixam et permanentem

ergo non origo, sed relatio formaliter et intrinsece constituit personam —

Th. XXXVII.

De comparatione relationis Sp. S. ad F. cum relatione F. ad P.

PP. tum graeci tum latini docent

1° F. solum ex solo P. et proxime ex P., Sp. S. vero non ex solo P. sed interposito F. al. per F. originem habere docent.

2° iisdem locutionibus quibus exprimunt relationem F. ad P. describunt etiam relationem Sp. S. ad F. excepta sola appellatione Filii, geniti et generationis.

I. Apud PP. veluti nota distinguens personam F. traditur, quod solus est ex solo characteter autem personalis Sp. S. in eo distinguitur a proprietate F. quod non ex solo P. sed ex P. per F. procedit.

S. Basil. ep. 38 (al. 43) n. 4: Sp. S. – a F. quidem pendet, quocum immediate simul concipitur, a P. vero ut a causa pendens esse (subsistere) habet, unde et procedit; hic est notionalis character ejus proprietatis hypostaticae, quod post F. et cum ipso manifestatur ...

S. Gregor. Nyss. contra Eunom. lib. I. p. 164 et ad Ablab. T. II. p. 459 – apud Frz. 455 – diserte docet, distinctionem inter div. personas nullam esse nisi ratione principii pendere itaque Sp. S. a F. eo sensu, quo F. esse habet a P. – differentiam autem inter processionem F. et Sp. S. a P. eam esse, quod persona secunda F. est ex prima persona proxime (ideoque est unigenitus), contra Sp. S. et ipse quidem est ex prima persona sed non proxime h. e. non ex sola prima persona verum per secundam ex prima s. interposita persona secunda

Uterque in eodem convenit

1° solum F. esse ex unica persona

2° Sp. S. etiam ex prima persona esse sed per mediam secundam –

Idem dixerat Athan: Sp. ex P. procedere dicitur, quia effulget ex V. quod ex P. esse in confesso est –

Hac comparatione PP. inter relationem F. ad solum P. ut ad principium et inter pendentiam Sp. S. non ex solo P. sed ex P. interposito F.

eodem modo P. et F. ut unum Sp. S. principium proponuntur

quo ab iisdem aliisque PP. supra commemoratis Sp. S. docetur ex P. et F. procedere s. habere esse ex F. sicuti ex P.

I. Saec. IV et V atque deinde dogma illud explicite praedicabatur a PP latinis, ut constat ex monumentis quae supersunt.

Tertull. (saec. II et ineunte III) Tertius enim est Sp. a Deo et F. sicut tertius a radice fructus ex frutice, et tertius a fonte rivus ex flumine, et tertius a sole apex a radio. Contr. Prax. c. 8. — Filium non aliunde deduco, sed de substantia P... Hoc mihi et in tertium gradum dictum sit, quia Sp. non aliunde puto, quam a P. per F. ib. 4.

unde?
qualis?
ad quem finem
(cui extra)
non é propositu demonstrare processionem Spa F. quod minime accedebant vocatur, adhibent hoc dogma ut principium
ed
ad munus ad demonstrandum consubstantialitatem P et F. atque Sp. cum utroque

Hilar. (post medium saec. IV). De Sp. autem S. nec tacere oportet nec loqui necesse est qui P. et F. auctoribus confitendus est ... Cum dicunt, per quem sit et ob quid sit vel qualis sit (sc. Sp.)? si responsio nostra displicebit dicentium: per quem omnia (sc. per P.) et ex quo omnia sunt (sc. ex P.) et quia Sp. est Dei, donum fidelium, displiceant et Apostoli et Prophetae — de Trin. II. 29. P. te nostrum, F. tuum una tecum adorem, S. Sp. tuum, qui ex te per unigenitum tuum est, promerear — ib. XII. sq. (cf. n. 55)

Alios locos ex S. Hilar. et aliis Ecclesiae dd vide apud Frz. Uft 19.

S. Aug. — Filius enim solius P. est F., P. solius F. est P. Sp. autem S. non est unius eorum Sp. sed amborum — — —. si ergo et de P. et de F. procedit Sp. S., cur F. dixit: de P. procedit? Cur putas, nisi quemadmodum ad eum solet referre et quod ipsius est, de quo et ipse est? — in Jo. tract. 99. n. 6-9.

Post Aug. in symbolis — S. V. VI. VII in quibus symb. hoc dogma explicite continetur

1° Hilar. 2. Cyrill.

Q. I.

De Prædestinatione B. Virginis

(Th. 1-7.)

Th. 1.

B. Virgo recte dicitur praedestinata.

Praedestinatio largo sensu dicit animi praeordinatione circa re futura; sensu strictiori e proprio significat divina praeordinatione de his, quae per gratia fienda sunt in tempore, ut loquitur D. Th. 3.q.24.a.1.

I. Plures in Script. locis ex universali e constanti totius Eccl: usu ac sensu intelliguntur de praedestinatione B. Virginis.

Prov. VIII. 22. Dominus possedit me in initio viarum suar, antequa quidqua faceret a principio. Quocu conjungenda sunt ea quae sequuntur maxime v. 25: ante colles ego parturiebar — ubi per colles intelliguntur sancti e prophetae

Item: Eccles. XXIV. 5. Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omne creatura, ubi ex ore intelligitur de mente Dei praedestinantis.

Magis hic sensus illustratur v. 12, qui creavit me, requievit in tabernaculo meo — Virgo enim per nove menses Altissimum in utero gestavit purissimo — item v. 14: ab initio e ante saecula creata sum — nam nulla in hoc v. e ambiguitas illa, quae in loco cit. Prov. VIII. 22 redundat, ubi verba aptissime etiam de Sapientia ponunt aeterna e increata intelligi. hic ante vox creata aptius accommodatur B. V. quam J. Chr. cu ponit simpliciter dici creatus. —

II. Probatur SS. Patrum auctoritate, quae semper habita e fidelissima interpretandi Scr. norma. S. Aug. in Jo. tr. VIII. Antequa de illa natus esset, in praedestinatione noverat matre.

S. Dam. or. 1 de nativ. Mar: te ille rex omnium deus digna praenoveas amavit, amata praedestinavit.

S. Cypr: or. de nativ. B. V: vas totius electionis

Andr. Hieros: Scopus excogitatus ante saecula.

III. Ex natura praedestinationis.

Praedestinatio proprie dicitur quaedā divina praeordinatio circa ea, quae per gratiā Dei facienda sunt in tempore — S. Th. 3. q. 24. a. 1.

atqui de B. V. Deus ab aeterno res singularissimas, quae per gratiā fiunt, praeordinavit ut facienda in tempore, ergo datur circa illā div. praedestinatio. —

Obj. 1. cū Luthero: Salomon in Prov. loq. de Sapientia increata quae ē Xtus, ergo nequit accomodari B. V.

Resp: Scr: loq. solū de Xto N. — loq. etiā de matre — C.

Expl: Juxta S. Th. de potent. q. 4. a. 1. omnis veritas quae salva litterae substantia pō divinae Scripturae aptari, ejus sensus est, quia h. ad dignitatē divinae Scr. pertinet, ut sub una littera multos sensus contineat —

Idē S. Aug. docet lib. III, 27 de doctr. Xt: sacrā Scr: tot sensus habere ab ipso etiā Sp. S. intentos quot litterae congruent sec. rectā charitate.

Obj. 2. Deipara nequit facta dici ab aeterno, ergo neq. praedestinata, nā idē ē factū esse ē praedestinatū esse, saltē juxta S. Aug. de praedest. sanctor. 15.

Resp: Factū esse ē praedestinatū esse quā maxime differunt, nā factū esse affirit rē in se ipsa, praedestinatū esse affirit rē in apprehensione praeordinantis. Inde repugnat dicere B. V. extitisse ab aeterno, nō repugnat fuisse ab aeterno praedestinatā, quia rei apprehensio in Deo ab aeterno ē. S. Th. 3. q. 24. a. 1. ad 3.

S. vero Aug. h. solū vult, Xtū, sec. q. homo ē, in tempore factus, praedestinatū esse Filiū Dei ab aeterno. Inde quemadmodū Xtus ab aeterno praedestinatur ad filiationē naturalē Dei, ita beata V. praedestinatur ab aeterno ad maternitatē naturalē Dei. —

Th. 2.

B. Maria V. vere prædestinata fuit
ante omnē creaturā.

—

Atqui eremita Theoctistus ap. Baron. ad a. 824 somniavit B. Virginē exstitisse ante omnē creaturā ē productione ē tempore. –
Hic solū quæstio esse pō de præcedentia in mente Dei prædestinantis. –
Putant nonnulli voluntatē creandi Mar. in Deo posteriorē esse natura, quā voluntate creandi Adamū.
Alii communius tenent contrariū.

I. Verba Eccles. XXIV, 14: ab initio ē ante sæcula creata sū, Eccl: B. Virgini adaptat in Officio suo, magisq proprie de ea quā de Salvatore intelliguntur – cf. Th. 1.
Ctus, qui ē Sapientia increata, nō pō absolute ē simpliciter creatura vocari; ergo B. Virgo recte dicitur ante sæcula creata, primogenita ante omnē creaturā (Eccles. XXIV. 25) ante omnes angelos ē homines (Prov. VIII. 25: ante omnes colles ego parturiebar)
S. Aug. de Trin. I. 12. Ante omnes colles genuit me i.e. ante omnes altitudines creaturaꝝ concepit me ē parturiit prædestinando nō solū ut esse sancta, sed etiā, ut essē Mater sanctoꝝ, sicut Ctus ē Pater, Princeps ē Caput sanctoꝝ. –

II. Idē docent SS. PP.
S. Aug. (præter l. c.) ~~serm.~~ 30 ad fratres in Eremo: Quēadmodū noverat f. ipsā ut matrē suā, ita elegit ipsā in matrē totius mundi.
Id. in Jo. VIII. Antequā filius de ea natus ē, in prædestinatione noverat matrē."
Atqui mater præcedit filios in ordine rer. ; ergo omniū mater esse debuit in mente Dei prædestinantis per h. ipsū q. Salvatoris mater eset, tunc etiā in prædestinatione omnes debuit præcedere.
Similia habent alii PP.

Andr. Cret: praedestinata esse in matre vitae omnium (Can. exaltationis S. Crucis)

Petr. Dam: in exordium totius hum. salutis (hom. in nativ. B.V.)

Alb. M: „in causam finalem totius nostrae reparationis, in cujus gloriam post Deum totum Redemptionis opus ordinatur" (c. 184 super Missus)

Atqui causa finalis simpliciter praecedit effectum; ergo.

Henr. Suso appellat eam „Finem nostrum post Filium suum" Dial. Sap. 20.

Quemadmodum ergo de Christo dicit Apost: „propter quem omnia" (ad Hebr. II. 10) ita de illa: „propter quam post Christum omnia" (S. Bern. in Salve sem. 3)

Itaque ex mente SS. PP. B.V. omnia in divinorum serie decretorum praecedit. –

II. Deus eo ordine creaturas diligit de iisque decernit quo se excedunt invicem in bonitate et magis inserviunt gloriae Dei manifestandae atqui B.V.

Ergo Deus B.V. plus ceteris creaturis diligit etiam ad seriem praedestinationis de ea ante ceteras creaturas disponit.

Cf. Petr. Dam. serm. 1 de Nativ. B.V.: H. unum de Maria dicere quod Mater Dei est, superat omnia quae ab angelo v. ab homine dici possunt.

S. Antonin.: Ipsa primogenita est ante omnem creaturam: nobilior enim est et perfectior gratia et gloria omni pura creatura: quod ante sum est in aliquo genere, est quasi causa aliorum –

– et sic praecedit in mente Dei praedestinantis omnes alias puras creaturas.

Obj. 1 Prius ordine causalitatis Providentiae respicit naturam, quam gratiam, nam natura sit gratiae subjectum ejusque causa materialis. – Atqui maternitas Dei inter gratiae dona annumeratur, ergo ordine causalitatis posterior est quam natura, ergo mater Dei non est ante omnem puram creaturam.

Resp: natura prior est in genere causae materialis tanquam gratiae subjectum – C

natura prior est etiam in genere causae finalis – N

Natura enim ad gratiam tanquam ad finem ordinatur. Ideo videlicet Deus B.V. talem naturam taliaque dona naturalia impertitus est, quia eam in Matrem elegit

Quia igitur causa finalis simpliciter prior est omnibus aliis causis – cf. Aug. Civ. D. V. 21. S. Th. opusc. 81, 2 – ergo maternitas Dei s. B.V. qua mater Dei, prima est in ordine decreti intentionis

Th. 2 (seq.)

Obj. 2. Prius ē hominē esse quā matrē, prius ē substantiale esse quā accidentale – ergo B. V. prius praedestinatur ad esse substantiale quā ad maternitatē Dei.

Resp. Absolute ē simpliciter prior ē causa finalis quā materialis; porro esse substantiale se habet ad maternitatē Dei ut causa materialis, maternitas vero ad esse substantiale se habet ut causa finalis

Theol

Deq
abs
vide

B.
inte

1

2

3

Th. 2:
B. Virgo apparet statim in primo signo decreti intentivi qua Mater Red.

Deus nō facit, nisi ea quae meliora sunt, nō quidē absolute, sed relate ad finē a Deo libere praefixū; videlicet ad se suaeq gloriā manifestandā.

Prov. XVI. 4. Universa propter semet ipsū operatus ē Dominus.

PP. Francof: ad epp. Hispal: Credamus Deū omnia velle, quae meliora sunt

S. Aug. (de quant. anim. 33): Justitia summi Dei facta ē, ut nō modo sint omnia, sed ita sint, ut omnino melius esse nō possint.

B. V. apparet etiā in 1° signo decreti intentivi inter puras creaturas tanquā Redemptoris Mater.

Ita Salmanticenses cū multis Thomistis aliisq.

1° Scr: Cto quā Redemptorē expresse vocat Primogenitū omnis creaturae – Coloss. I. 15 sq. Per consequens mater etiā apparet in 1° signo decreti intentivi qua Mater Red. quia „mater nō fuit a Filio sejuncta in electione divina" Suar. in III p. disp. 1 sect. 3.

2° auctoritate PP: Iren. III. 32: quid ē q. sine consensu Mariae nō perficitur mysteriū Incarnationis? – respondet: „Quia nempe vult illā Deus omniū bonorū esse principiū."

Sicut ergo Ctus in 1° signo intentus ē qua Red. ita etiā B. V. in 1° signo intenta ē qua Mater Red. cū sine ipsa nō fuerit ~~intentū~~ intentū opus redemptionis

S. Isid. Thessal. de annuntiatione: Propter ipsā initio creatus ē homo ē quidquid productū ē propter hominē. –

3° Deus pro 1° signo decreti intentivi voluit ea quae meliora sunt in ordine ad manifestandā div. gloriā in justitia praesertī ē misericordia – atqui ad finē hunc nihil melius ē quā Ctus qua Red. ē B. V. qua Mater Red.

ē sunt hi longe meliores ad hunc finē quā statꝰ naturæ v. innocentiæ etiā sumptꝰ cū Chto præcise quoad substantiā, ergo Deꝰ pro 1° signo decreti intentivi voluit Chtū qua Red. ē B.V. quā Matrē Red.

4° Statꝰ naturæ per Chtū reparatæ longe melior ē quā erat statꝰ innocentiæ, unde Jo. X. 10. Veni ut vitā habeant ē abundantiꝰ habeant – ē Eccl: in Sabb. S: o felix Adæ peccatū

Sed quā Deꝰ de facto h. ipsū fecit q. meliꝰ ē, ergo in 1° signo decreti intentivi habuit præ oculis Chtū quā Red. ē B.V. qua Matrē Red. –

Videlicet diviniꝰ series decretoꝝ 2ᵉᵃ fuit: 1ᵃ intentiva juxta ordinē causæ finalis, 2ᵃ executiva juxta ordinē causæ materialis.

Vi decreti intentivi pro 1° signo: Volo mittere Chtū qua Red. ē B.V. tanquā redemptionis cooperatricē, utpote 2 media præstantissima ad gloriā meā manifestandā.

Pro 2° autē: Volo Adamū cū his posteris ē volo permittere eos labi, ut feliciꝰ resurgant per Red. Chti ē Matrē ejꝰ.

Pro 3°: Chto Reparatori addo omnes electos ē homines ō angelos.

Pro 4°: Reliqua omnia condā propter electos unde B. Paul: Omnia vestra sunt, vos autē Chti, Chtꝰ vero Dei (1 Cor. III. 23)

Decretū vero executivū hunc ordinē servat:
In 1° signo: Homo ē in statu innocentiæ
in 2°: lapsꝰ Adami
in 3°: lapsꝰ reparatiō
in 4°: aeternæ gloriæ consecutiō pro electis

Obj. 1. Chtꝰ qua Red. æquiparatur medicinæ (Cf. 1 Petr. II. 24: Cujꝰ livore sanati estis) – atqui medicina supponit morbū s. peccatū – ergo Chtꝰ tanquā medicina supponit peccatū, ergo priꝰ permittitur peccatū quā mittitur Chtꝰ. (Cf. etiā S. Ambr. De Incarn. II. 5: Quæ enī ē causa Incarnationis, nisi ut caro, quæ peccaverat, redimeretur ?)

Resp: Peccatū priꝰ ē in genere causæ materialis, habentis se per modū materiæ destruendæ – C.

† Statꝰ innocentiæ neq permanens erat neq aliud ~~quā~~ Adamū caput requirebat, qui tamē secundario tantū intentꝰ erat quatenꝰ in executione debuit præcedere permissionē peccati, cū quo nō poterat homo creari. – Habuit tamē Chtꝰ in statu innocentiæ influxū causæ finalis quatenꝰ debuit præcedere per modū medii. Et Angeloꝝ vere Chtꝰ ē caput – Coloss. II. 10. Ipse ē caput omnis principatꝰ – ē quāvis carent ~~[illegible]~~ in eos influxu effectivo ē morali, nō præcessit enī eos in executione, habet tamē influxū finalē, quatenꝰ angeli quoq propter eū sunt, tanquā Primogenitū omnis creaturæ – ad Coloss. I. 15. – deniq per modū objecti credibilis habuit Chtꝰ influxū in fidē angeloꝝ pro statu viæ

etiā in ordine executivo – C. – peccatū priꝰ ē simpliciter ē in genere causæ finalis relate ad Chtū – N.

Obj. 2. Si Chtꝰ causa ē finalis peccati destruendi, permissio peccati facta ē propter Chtū – Atqui h. ē absurdū, repugnat enī bonitati div.; ē crudele etiā – ergo Chtꝰ nō ē in 1° signo decreti intentivi.

Resp. H. repugnat bonitati div. ē speciē præ se fert crudelitatis – N. omnino – Deꝰ enī permittit peccata propter bonū majꝰ, uti lapsū Petri ad majorē ejꝰ firmitatē, incredulitatē Thomæ ad fidē ardentiorē – maxime vero in peccato Adæ, quia plurimi forsitā, qui nunc salvantur, salvi nō fuissent, si Adā nō peccasset – potuissent enī æque atq Adā peccare, carentes tamē illis resurgendi auxiliis, quibꝰ nunc abundamꝰ (S. Th. 1. q. 100. a. 2.

Obj. 3. Chtꝰ qua Red. nequit caput esse vel influxū habere in statu innocentiæ ē in angelos – ergo nequit esse in 1° signo decreti.

Resp. Chtꝰ nō pō proprie dici caput innocentiæ, quia statꝰ Chti qua capitis debet esse permanens, nō enī finē habet regnū ejꝰ (Luc. I. 33). †

Th. 4.

B. V. fuit prius destinata ad maternitatē Dei quā ad gratiā tantā ē gloriā.

—

Nō de maternitatē generice sumpta, sed de specifica, prout ē Dei, quæritur, utrū B. V. prius adtanquā ad gloriā fuerit prædestinata.

Q. affirmant omnes melioris notæ theologi, Suar. Vega, alii

—

1° PP. maternitatē Dei pro causa finali habent, omnis gratiæ ē gloriæ V. collatæ, ita ut illa prius intenta sit quā hæ.

Aug.: Inde novimus tantā gratiā illi esse collatā quia Deū concipere meruit ac parere. (De nat. ē gr. 26)

S. Sophon.: „ob h. q. Dei g. electa ē prælecta fuit, jure ab angelo salutatur gratia plena" (serm. de Assump.)

Cypr.: Matri plenitudo gratiæ debebatur (serm. de nativ. Chti)

Itē plurimi alii

S. Th.: B. V. propinquissima Chto fuit sec. humanitatē quā hic ab ea accepit hum. naturā ē ideo præ ceteris majorē debuit a Chto gratiæ plenitudinē obtinere.

—

2° Immunitas a peccato originali tantoq donorū tū naturaliū tū supranaturaliū splendidus apparatus nō fuerunt ipsi præ ceteris destinati alius ratione ē causa – atqui alia causa finalis ex parte V. nec fuit nec esse potuit præter maternitatē Dei, – ergo B. V. prius fuit prædestinata ad maternitatē Dei quā ad gloriā.

—

3° Chtus D. fuit prius prædestinatus ad filiationē naturalē Dei quā ad beatitudinē; quia plus ē esse Filiū naturalē Dei propter majorē cū Deo unionē quā esse beatū. Ergo B. V. quoq prius fuit prædestinata ad maternitatē Dei quā ad beatitudinē, quia illud plus ē quā h. propter causā simile. –

Th. 5.

Praedestinatio primitus intentiva B.V. tū ad maternitatē Dei tū ad gloriā, ē pure gratuita ē a meritis independens.

Duae sunt sententiae principales:
Vasquez cū aliis: B.V. ex meritis tū ad maternitatē Dei tū ad gloriae celsitudinē electā fuisse, quamvis electa fuerit prius in Matrē Dei quā ad gloriā tantā (in III p. disp. 23 c. 4)
Contra Suarez cū plurimis: Certū ē B.V. fuisse ab aeterno electā ē praedestinatā tū ad gratiā ē gloriā tū etiā ad dignitatē Matris Dei, ante omnia illius merita praevisa" (in III p. disp. 1 sect. 3)

Nos sequimur Suar: ē probamus
1° ex Scr: Apost: ē rit omnē electionē per gratiā fieri nō per meritū & debitū – unde ad Eph. I.11: sorte vocati sumus. – Unde angelus dixit ap. Luc. I.28: Ave, gratiā plena h.e. maternitatē alicuius doni verē esse gratiā. Ipsaque Virgo ap. Luc. I.48 id fatetur: Respexit humilitatē ancillae meae; i.e. nihilitatē, nō vero meritū.
2° auctoritate S. Aug: de dono persev. 9.
3° ex S. Th. 1. q. 23. a. 4. Ordinate volens prius vult finē quā media: ergo quia Deus ordinatissima voluntate vult, ē quia taliter volens B. Virgini gratiose decrevit specialissima auxilia gratiae dare, quibus posset prae aliis feminis mereri maternitatē Dei ē gloriā super omnes angelos ē homines .... ideo etiā nō nisi gratuito primitus intendit B. Virgini maternitatē ē gloriā. –

Obj. 1. SS. PP. attribuunt Virgini meritū ad maternitatē Dei –
S. Aug: Talis eligitur V. de toto mundo, quae tantū haberet meritū, ut Filiū Dei in semetipsā susciperet. – (serm. de nativ. Dom.)
De merito vero ad gloriā Chr. ap. Matth. V.12. Gaudete ē exultate quia merces vestra copiosa

ē in coelis – ergo praedestinatio B.V. tū ad maternitatē Dei tū ad gloriā dependet ab meritis ejq.

Resp: nō negamq meritū illud duplex in executione sed negamq in primā ē efficaci intentionē Dei. Deq voluerit specialissima dedit gratiae auxilia, quibq posset B.V. mereri ut Mater Dei fieret, quae tamē auxilia ipsa ad maternitatē ē gloriā promerendā gratuito fuerunt ē intenta ē collata.

Th. 6.

B. V. nō fuisset mater Dei neq cū Cto venisset, si Adā nō peccanet.

—

Schola Scoti saltē a frequentiori affirmat Ctū ventum fuisse, etiamsi Adā nō peccanet. communis vero sententia maxime in schola Th. negat.

q. probatur

1° auctoritate PP quos inter S. Aug.

„Etsi homo nō peccanet, Filius hominis nō venisset." (de verb. Apost. serm. 8 c. 2)

Nulla causa veniendi fuit Cto D. nisi peccatores salvos facere; tolle morbos, tolle vulnera, ē nulla ē medicinae causa.

S. Iren: Si nō haberet caro salvari, nequaquā Verbū caro factū enet (V. 14)

S. Athan: ut Verbū fieret homo, nunquā destinatū fuinet, nisi hominū necessitas id postulanet (serm. 3 contr. Arian)

Greg. M: Nisi Adā peccanet, Red. Ctū carnē suscipere nō oporteret (in IV Reg. c. 1)

S. Ambr: Quae enī causa Incarnationis, nisi ut caro quae perierat, redimeretur?

(de incarn. 6)

2° ex Scr: ex qua sola desumenda sunt, quae dependent ex sola Dei voluntate, ut ē illud: an Ctū Deq mittere velit Adamo nō peccante, vel nō? Circa quā ne clare Scr: negativā ponit:

Venit Filius hominis quaerere ē salvū facere q. perierat – Matth. XVIII. 11 –

Ctq J. venit in mundū peccatores salvos facere (1 Tim. I. 15)

In h. apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli (1 Jo. III. 8) – cf. Gal. IV. 5 –

Nō veni vocare justos, sed peccatores – Luc. V. 32)

quibq in locis unica adventq Cti causa assignatur redemptio a peccato, q. confirmatur

in symbolo
concilio Nicae: qui propter nos homines ē propter nostrā salutē descendit de coelis.

Eccl: in Sabb. S: o certe necessariū Adae peccatū q. Chri morte deletū ē –

9. si necessariū fuit peccatū ad ut veniret Chrus, nō veniret profecto absq peccato. –

Obj. 1. Matrimoniū fuit etiā in statu innocentiae sacramentū ē signū unionis Chri cū Eccl. ergo pro tunc venisset, si Adā in illo statu mansisset.

Resp: in statu innocentiae qui tamē nō erat permansurus, C. – in statu innocentiae permanente, N.

Obj. 2. Adamo in statu innocentiae revelata fuit incarnatio (S. Th. 2. 2. q. 2. a. 7), tamē absq notitia futuri lapsus, cū haec tristitiā creasset illi statui repugnantē – ergo alia fuit Adamo manifestata incarnationis causa –

Resp: N. consequentiā, nā inde q. revelata fuit Incarnatio, nō seq. revelatā etiā fuisse causā ipsius; erat enī notitia nō debita, sed gratuita.

Obj. 3: Causa Incarnationis ē gloria Dei, per Incarnationē manifestanda, quae de se majus bonū ē quā generis hum. redemptio.

Atqui primario intendebatur bonū per se nō bonū occasionatū, quale redundaret ex deletione peccati – ergo alia erat Incarnationis causa, quae effectū produxisset in-ū etiā in statu innocentiae.

Resp: Gloria Dei pō per Incarn. manifestari praecisive a peccato – N.

Ē enī Incarn. summa Dei humiliatio usq ad exinanitionē juxta Philipp. II. 6: Semetipsū exinanivit – nō videtur igitur fieri posse ad majorē Dei gloriā, nisi fiat ad reparationē divinae ejus per peccatū laesi.

Neq. ex Scr. constat, Deū voluisse pro statu innocentiae manifestare gloriā suā mediante Incarn. unde S. Th: „In canone Scr: ē in dictis sanctorū expositos haec sola assignatur causa Incarnationis Redemptio sc. hominis a servitute peccati." in III Dist. 1. q. 1. a. 3.

Neq Iuram: bonū ē occasionatū, quia nō ē casuale aliquid ē fortuitū, fuit enī primario intenta, neq verū ē Ctū per se majorē esse quā Ctū quatenꝰ ad. quū ordinetur ad tales operationes, quibꝰ gloria Dei de facto maxime manifestatur, nempe justitia div. in condigna satisfactione ē Dei misericordia in erigendo homine lapso. —

II. B. V. nō futura fuisset mater Dei, si Adā nō peccasset. — quæ assertio

1° seq. ex praecedenti

2° probatur specialiter ex antiquo Eccl. hymno ap. Vasquez in III. disp. 10. c. 4: peccatores nō abhorres, sine quibꝰ nunquā fores, Tanto digna Filio.

Idē docent S. Aug. in Io. tr. VIII. S. Anselm. de excellentia Virg. 1.

Obj. Maria a Jesu in Mystica Civitate Dei p. I. lib. 1. c. 6: revelationē divinitꝰ factā refert, q. Ctꝰ cū sua Matre venisset, si Adā nō peccasset, quia unionis mysteriū hypostaticæ propter excellentiā suā primario sit intentū — ergo fuisset B. V. Mater Dei, etiamsi nō peccante Adamo.

Resp.: revelatio ē privata, enervatur praeterea revelatione publica S. Scrip. quā pro nobis stare testantur duo lumina Eccl.:

S. Th.: in III Dist. 1. q. 1. a. 3 quē vide supra ē S. Bonav. in III Dist. 1. a. 2. q. 2: Sententia quæ Ctū Adamo nō peccante venturū fuisse negat, ē fidei ē pietati, S. Scripturæ ē SS. Patrū testimoniis magis consona magisq devotionē accendit ac Deū plꝰ honorat. —

Coroll.

Inde efficitur, ut B. V. absolute nō potuerit existere, nisi qua Mater Dei; h. e. si Adā nō peccasset ē Ctꝰ nō venisset, neq. B. V. inter Adæ posteros fuisset. — Cf. S. Ephr. serm. de transfig. Cti: Si nō erat Deꝰ caro, quorsū Maria foret in mediū producta?

Idiota, Contemplat. Deiparæ 2: Ad h. solū effecta ē, ut templū Dei esset Altissimi

Concil. Basil. sess. 36: Ipsā fabricavit Filiꝰ

Dei Patris, ut esset Mater ejus in terris.

Cf. S. Dam. or. 1 de Nativ. V.: neq enim dui ipsiq causa progenita es, quoniam Deum habebis, ob quem in vitam prodiisti.

S. Andr. Cret: or. de Cruce: „si Crux non esset Ctus in terra non fuisset, non V. non 2ª Cti generatio".

Th. 7.

Praedestinatio B. V. ē causa praedestinationi electoꝝ tu indeterminate tu comparative sumptoꝝ.

Nō datur causa realis divini actꝰ, quū totū ens divinū sit a se; at datur libera in Deo terminatio ad objectū volitū ē aliqua hujꝰ determinationis ratio, quo sensu Xti praedestinatio se habet ut ratio praedestinandi alios. Hinc

I. Praedestinatio B. V. ē causa praedestinationis alioꝝ electoꝝ saltē vage, in confuso sumptoꝝ. Ita communiter PP ē theol.

Iren. III, 33 appellat Mariā „Causā salutis sibi ē universo generi humano

ē S. Greg. Nicom: causā nostrae laetitiae praesentis ē futurae (3 or. de Concept. Deip.)

S. Jo. Dam: causā bonoꝝ omniū (or. 1. de assum.)

S. Albert. M: causa beatitudinis beatoꝝ; Causā omnibꝰ salvandi; Matrē angeloꝝ in ene gloriae

---

B. V. praeterea Mater Xti ē ē proinde causa mediata omnis boni q. per Xtū ē, Quū vero certū sit, neminē salvū esse nisi per Xtū (Act. IV. 12), neque quisp. mediate saltē salvꝰ ē, nisi per Matrē V. Neq. immediate, quià de ipsa dictū ē: Dominꝰ possedit me ab initio viaꝝ suaꝝ etc. ergo statī ab initio Deꝰ merita ejꝰ respexit in ordine ad reliqua. –

Eadē B. V. dicitur primogenita ante omnē creaturā (Eccl. 24, 5), sed talis ē nō solū dignitate aut gloriae magnitudine, verū etiā causalitate, quià q. primū ē in genere aliquo, solet regulariter causa esse caeteros (ut de Xto: primogenitꝰ omnis creaturae Coloss. I. 15)

II. Praedestinatio B. V. ē etiā causa praedestinationis comparativae uniꝰ prae alio, praecisive tamē sumptoꝝ. Nā

1° i. pro Xto statuunt communiter theologi

cū dictū sit ap. Jo. XV. 16: Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos: h. e. nō solū ad apostolatū, sed etiā ad gloriā ē gratiā. – Cf. S. Aug. de praedest. SS. 1. De corrept. ē gratia 7.

Idē patet ex Jo. XVII. 9: nō pro mundo rogo, sed pro eis, quos dedisti mihi –, ubi Chrs dissimulanter se habet ad derelictos, positive autē aliquos elegit; per h. vero ē omniū elector. Parcas. – cf. Act. IV. 12.

Unde quidquid conducit ad salutē, a Chto ē multo magis ipsa salus comparative ad nō salvos accepta. Unde meritū Chti nō tantū ē meritū electionis vagae, sed etiā electionis meritū determinatae. – .

2º Quidquid nobis Chrs meruit de condigno, h. Mater ejs ~~meruit~~ de congruo
atqui Chrs meruit nobis nostrā de condigno salutē nostrā etiā comparative ~~redemptam~~.
Ergo B. V. eandē nobis meruit de congruo.

Confirmatur ex SS PP:

S. Germanus Cp, de zona B. V: Nullus ē qui salvus fiat, nisi per te Virgo sanctissima.
S. Bern: Sicut a te despectus ē aversus, o Virgo, necesse ē ut pereat, ita ad te conversus necesse ē, ut salvetur. (hom. super Missus)
S. Bonav: Quē tu vis, o Virgo, salvus erit, ē a quo avertis faciē tuā, ibit in interitū.

– Coroll. 1.

Obj: q. B. V. nō pō merita sua offerre pro angelis ē justis qui ante eā decesserunt.
Respō: pō offerre merita obsequii s. actionū. C.
nō pō offerre meritū dignitatis, respectu cujus jā in primo signo decreti intentivi electa ē regina omnis creaturae. N:

Schol:

Quū reprobatio dupliciē possit sensū habere: tū gloriae negatiōē, tū positivū, h. e. ad poenā aeternā deputatiōnē (q. duplex discrimē in infantibus patet ante baptismū decedentibus), ipsa vero exclusio ō negativa dupliciter possit accipi; dū positive, ut voluntas excludens positive velit exclusionē

a gloria – tū præcisive ē negative, ut nihil velit ob. Sa- ordinationē – apparet B.V. neq reprobationē negativā ullo modo causare positive.

Nā si h. de Chto valet sec. comunē theologos opinionē, magis adhuc de V. B. sentiendū ē. Si aū Chtq sua merita nō obtulit pro exclusione cujq̄uis a gloriā, minq id fecisse B.V. credenda ē, quæ sec. D. Th: Deipara dimidiā parte regni Dei impetravit, ut ipsa sit Regina misericordiæ, cujq Filiq ē Rex justitiæ". (in ~~Præfat.~~ Exposit: Epist canon.) – cf. Id: in Sitt. VII. n.3. –

Ergo nullq ruinæ B.V. causa extitit. –

Quoniā Chtq genit mediatoris ē advocati munq sec. illud 1 Jo. II. 1. "Advocatū habemq apud Dū D.N.J.Chr." nō conveniebat, ut merita sua positive ad peccator ruinā dirigeret 1. per exclusionē a gloria 2. per deputationē ad ignē æternū. Sed pariter B.V. Mediatrix ē Patrona ē Advocata Materq misericordiæ, nō potuit igitur merita offerre sua ad cujqcunq ruinā salutisq perniciē.

D. Th. in Hebr. XII: Chti sanguis meliq loquitur, quā sanguis Abel, quia iste clamat vindictā, sed sanguis Chti clamat veniā. –

Obj: 1. B.V. cooperatur ad electionē comparativā atqui h. idē ē atq causare reprobationē saltē negativā quæ fit per exclusionē a gloria ergo nō pō B. cooperari electioni comparativæ nisi cooperetur etiā reprobationi saltē negativæ.

Resp: cooperatur ad electionē comparativā positive pro utraq parte tū eligenda tū damnanda – N. habet se positive ad solā partē electa, negative vero ē præcisive ad partē relicta C.

Obj: 2. In S. Scr: inveniuntur sanctoq imprecationes contra peccatores – Apoc. VI. 10. Gen. IV. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra – ergo neq repugnat, si B.V. cooperetur vindictæ in reprobos –

Resp: Vindicta ex motivis justis ē actq bonq C. – propterea omnibq competit N – B.V. nō competit, quia nō posset esse simul ē Vindex ē Advocata generis humani. –

Damnata ē Jansen. prop. V: Christus tantū pro praedestinatis mortuus ē.

B. V. nedū causat reproborum damnationē, ut sit potius benefactrix eorum, suppeditans ipsis media ad salutē. Dicit enim Apost. Christū omnes homines velle salvos fieri, ē pro omnibus mortuū esse (ad Tim. II. 4). Eodē igitur modo, quo Christus etiā reprobis paravit per mortē suā media ad salutē necessaria, B. V. quoque eadē promeruit.

Obj: Juxta S. Th. 1. q. 23. a. 2. reprobatio malorum ipsius bonorum praedestinationis effectus ē — atque B. V. merita sua positive applicat pro bonorum praedestinatione, ergo etiā pro malorum reprobatione.

Resp: reprobatio effectus ē praedestinationis bonorum directe ē in se i. e. prout respicit reprobos N — indirecte in effectu suo prout magis glorificat electos ē justitiā div. exaltat — C.

unde B. V. appetit malorum reprobationē ad modū quo Eccl. gaudet nō de peccato, sed de effectu ejus, cū canat Sabb. Maj: o felix culpa peccatum q. talē ac tantū meruit habere Redemptorē.

Q. II.

De origine et dotibus Corporis Mariani.
(Th. 8-10)

Th. 8.

B. Virgo per Joachim ē Annā parentes descendit ex genere nobilissima Davidica per lineā paternā ē per Salomonē. –

I. Parentes proximi B.V. fuere Joachim ē Anna: ī h. conveniunt vetustissima SS PP monumenta ē totiq Eccl: universa traditio. Confirmat eandē sententiā Rom. Ecclesia quæ ī Officio S. Joach. allegat orationē S. Epiphanii: de radice Jesse ortq ē rex David ē de tribu regis David S. Virgo: sancta, inquit, ē sanctor viror filia, cujq parentes fuerunt Joachī ē Anna.

Eadē ī festo S. Annæ usurpat lectiones S. Jo. Dam. qui ī or. 2 de nativ. B.V. sanctā Annā expressē matrē vocat ē Deiparā filiā ejq. –

Coroll. 1.

Objici possunt varia. Hyacinth. Serry (Exercitationes crit. 18 n. 4) adducit S. Hiero. adv. Helvid. 7 qui Deiparā appellat sororē Mariæ Cleophæ, unde patrē infert vocatā esse Cleophā, nō Joachim. –

At constat ex Scr: consanguineos quoslibet masculos vocari fratres, feminas itē sorores – ita Gen. 19 Laban Jacobi socer vocatur frater ib. 20 Abrahā Sarā sororē appellat. – Illatio ergo Serriana nihil valet contra manifestā Eccl. traditionē. –

Neq. majorē habet valorē q. objicitur ex S. Aug. carpente Faustū Manich. (XXIII. 9) q. sacerdotē Joachī patrē Mariæ asserent – nā ex Scr: liquet B.V. descendisse ex tribu Juda, nō vero ex tribu Levi, unde pater ejq nō potuit sacerdos esse. –

Coroll. 2.

Qui apud Luc. c. 3 ī Christi genealogia patrē ~~Heli~~ Deiparæ putant Heli esse: Jesq qui putabatur filiq Joseph, qui fuit Heli, videlicet genealogiā illā existimantes per Mariæ progenitores ductā esse, habent Heli pro uno cū Joachī q. nō repugnat.

II. Si generis nobilitas definiatur cū Aristot: "claritas majorum" (Rhetor. 15) vel cū Boetio: laus veniens ex meritis majorum" (De cons. ph. III. pr. 6, nullo modo hujusmodi nobilitas B. Virgini abjudicanda ē. Quū enī res fide certa sit, J. Chr. esse de stirpe regia David neq mater ejus nō potuit ex ea nō esse, quū per eā totā carnē illius stirpis assumpserat. Unde Suar: hujusmodi B.V. originē de fide esse dicit (in III. p. disp. 2 sect. 3.

cf. Matth. I. Liber generationis Neq generationis notio cū promissione identificari pō (Paracelsus), tanquā Libr. promissus fuerit Davidi ē Abrahæ, nō antē q. ab ipsis procederet obstat ratio ea q. Scr. nunquā pro promissione generationis voce utatur, ē ergo assertio fundamento carens. –

Cf. præterea Apost. ad Rom. I. 3. Libr. factus ē ex semine David sec. carnē. cf. 2 Tim. II. 8 Jo. VII. 42. Mich. V. 2. Ps. 131, 11

—

Coroll. 3.

Nuptiæ B.V. cū Joseph fabro pauperrimo minime demonstrant eā nō descendisse ex stirpe regiā, ut præpostere ratiocinatur Celsus ap. Orig. II lib. nā paupertas nō officit nobili prosapiæ.

Neq. obstat q. Jos. nō fuerit nisi Libri pater adoptivus, ita ut genealogia Jos. neq. Libr. neq matrē ejus probet ex regiā esse familiā. Nā respondet S. Th. huic objectioni Fausti Manich. III. q. 31. a. 2 ad 1 ex Scr: constare, ē Libr. debere ex stirpe Dav. sec. carnē oriri ē Matrē ejus esse ejusdē familiæ, quæ absq viro eū pepererit. – Hiero. vero (ad Matth.) ex una dicit tribu fuisse Jos. ē Mariā ē ideo legē illā cogebatur eā ut propinquā accipere.

ex eadē familia – cf. Num. 36.

Matth. igitur geneal. Jos. recensens virtualiter ē illative etiā Virginis genealogiā expressit quippe quæ quū esset unigenita filia ē unica bonorū hæres paternorū, nubere viro ex debuit

Coroll. 4.

Ad objectionē vero, quā fecit Jul. Apost. apud Cyrill. lib. I adv. Jul. tanquā nō posset Chti genealogiā ~~per Joseph~~ ex Juda tribu deduci per Joseph, qui nō fuerit nisi pater putativus, facilis responsio patet: nā Chtus quamvis nō sit ex patre homine, ē tamē ex matre homine, recte igitur matris genealogia filio appropriatur. Dicit enī B. Paul. ad Rom. I. 3. Chtus factus ē ex semine David sec. carnē - quā a nemine habet nisi e Virg. Matre.

III. Determinate praeterea dicendū ē, B. Virginē ex Juda ē David per lineā paternā Joachimi descendere. Suar. in III disp. 2 sect. 3. D. Th. in IV. d. 30. q. 2. a. 1. ē communiter theol:

Dicit enī Apost. ad Hebr. VII. 14. Manifestū ē q. ex Juda ortus sit Dominus, in qua tribu nihil de sacerdotio Moyses locutus ē

atqui nō aliunde Chtus tribū acquirit quā ex linea Matris paterna ē quando absolute quis ē simpliciter denominatur, ex genere paterno utpote potiori putandus ē denominari, ergo B. Virgo dicenda ē ex Juda ē David sec. lineā paternā Joach. patris descendere.

Praeterea distinctio tribuū conservatur in linea paterna, nō autē in linea materna, unde nō putabantur tribū mutare qui accipiebant in matrimoniū filias alterius tribus. Feminae enī seq. tribū viri sui.

Coroll. 5.

Obiici pō auctoritas tū Aug. tū D. Tho: quorū alter in lib. 23, c. 9 c. Faust. alter in 3. q. 31. a. 2. ad 2. concedant ad retinendū Scr. sensū satis esse, ut B. V. saltē sec. lineā maternā ab illis descendat -- ergo inferri pō nō esse necesse, ut determinate dicatur B. V. ex stirpe David descendere.

Chtus uterque S. Doct: loquitur in sensu hypoth: adversariorū nempe q. Scr. apocrypha, a Fausto haeretico allegata verū dicat, Joachī de stirpe Aarō descendere, tū enī credendū esset vel mater ejus v. uxor ejus quae ē B. Anna, esse de stirpē David ut salva sit veritas Scr.

Praeterea uterq D. determinate pro nostra quā defendimꝰ sententia stetit: S. quidē Aug. in Retract. I. 26. D. vero Th. in IV d. 30. q. 2. a. 5.

Coroll. 6.

Menaeū Graecor determinate D. Annā dicit de stirpe David esse, vocat enī filiā Mathan, qui in Salomonis linea genuit Jacob patrē B. Joach. hic ergo nō fuit de stirpe David, quia mater jā fuit de illa, alteruter autē debet de tribu Levi esse, ut in B. Virg. utraq consanguinitas ē regalis ē sacerdotalis conjungantur. –

At Mathā ille in Menaeis Graecor pater D. Annae ē de stirpe sacerdotali aliꝰq ab illo quē evangelista Matth. ponit patrē Jacobi avūq Josephi. S. enī Hippol: M. ap. Nicephor. in Antiq. Judaic. II. 20 ita scribit: Tres fuere sorores Bethleemiticae filiae Mathan sacerdotis ē Mariae conjugis ejꝰ, 1a Mariae 2a Solee 3a Annae nomē habuit, quae nupsit postremo in terra Galilaeae ē protulit Mariā Dei Genitr. Unde apparet D. Annā esse de tribu Levi, ejꝰ vero maritū de tribu Juda esse, cū filiā ejꝰ cū Salvatore simpliciter dicatur de tribu Juda esse. –

IV. Genealogia Davidis divisa fuit in duas lineas (2 Reg. VII), unā quae ē per Salomonē ē quae propriè regia dicitur, alterā quae dicitur per Nathā ē posteros ejꝰ, ex quibꝰ nullꝰ unquā sceptrū tenuit regale. Prima recensetur ap. Matth. I altera ap. Luc. VIII.


B. vero V. in linea paterna per Salomonē ex David descendit.

Franciscꝰ quidē Lucas ē Cornelius a Lap. (in Luc. III. 17) existimant Mathā fuisse commune avū tū Josephi tū B. V.ᵗᶦˢ ita ut Jacob ~~vero~~ pater Josephi ē Joach. pater Mariae fratres extiterint germani, Joach. quidē natu major cū jure regnandi, Jacob vero minor.×

Efficitur h. primo

1° Ex Scr: Dicit enī Deꝰ 2 Reg. VII. 12. Suscitabo semē tuū pō te .. ē firmabo regnū ejꝰ ... stabiliā thronū regni ejꝰ in sempiternū – ubi manifeste sermonē esse de Salom. intelligitur ex 3 Reg IX 5

×



Th. 8 (seq.)

ubi Deus eadē promissa repetit Salom. Nō esse ante promissa illa conditionata, apparet ex 2 Reg VII. 14. unde Chr̄s D. in quo erat jus hæreditarium regni Davidici, nō potuit mediante B. V. descendere nisi ex linea Salomonis.

2° Eadē ē PP constans opinio – cf. Ambr. in Luc. III. 27 – S. Hiero. in Jerem. XXII, ēt XXXVIII, in Zach. IV. Theodoret. i Jerem. XXII.
Bernard. serm. super Magnif: Quid videris emicat in generatione Mariæ, plane q. ē regibus orta, generose ex stirpe David.
Atqui assertio PP. absoluta, B.V. esse de semine Jechoniæ ē Salom. nō pō esse vera nisi V. descendat sec. lineā paternā. Nō enī mater, sed pater familiæ dat nomē. –

3° Linea Salom. ē paterna pro S. Jos. filio Jacob, ergo etiā pro B.V. filia Joach. Nā filia hæres debebat matrimonio copulari proximo cognato – cf. Tob. VII. Deuter. XXV – Ruth. III ē IV – Num. c. ult. Ducant uxores de tribu ē cognatione sua ē hæreditas permaneat in familiis.
Siē autē S. Joach. fuisset de linea Nathā, transisset hæreditas ad aliā familiā; debuit ergo S. Joach. esse de linea Salom. utq proxime attingeret S. Jos. patruus ejus esse debuit s. frater natu Jacobi; ut vero hæres esset juris regalis, debuit Joach. esse primogenitus, ut ab eo jus in filiā, ab illa vero in Chr̄m transiret.

4° Chr̄o competit regnū jure hæreditario, v. jus ut pertineret ad eū jure successionis, debuit pater Virginis esse ex linea Salom. ē quidē primogenitus. Q. autē Chr̄s habuerit jus hæreditariū in regnū Israël, constat ex Scr.
Matth. II. Ubi ē qui natus ē rex Judæorū
cf. Jo. I. 49. XVIII. 33. XIX, 19.
Cf. etiā Dei promissiones de continuando jugiter regno Davidico – 2 Reg. VII – v. 12 Ps. 88
Gen. 49. 10.

Schol. 1.

Quæri pōt utrumne supra regiæ originis nobilitatē accenserit B.V. etiā sacerdotalis nec ne? Respondemq affirmative cū Suar. in III. p. disp. 2 Sect. 5. ē cū Salmant. De incarn. disp. 31 n. 9. Liquet antē ex Scr: Luc. I. 5. ē 36 ubi Elisabeth dicitur de filiabq Aaron h. e. de suñor genere sacerdotū, eadē vero appellatur cognata Virginis. Neq. obstant verba Pauli dicentis ad Hebr. VII. 14 Manifestū ē q. ex Juda ortq sit Dom. noster, in qua tribu nihil de sacerdotio Moyses locutq ē — nā propter maternā a sacerdotibq originē nō dicitur simpliciter Dom. de stirpe Aaron. neq tenetur fungi sacerdotio. De genere regali ē ad regnū appellatq tenetur aliud sacerdotiū introducere, quapropter idē Apost. paullo ante: Necessariū fuit sec. ordinē Melchisedech aliū surgere sacerdotē ē nō sec. Aarō dici.

Quæ vero objicitur Scr: lex de nō miscendis tribubq, minime tanto cū rigore imposita erat tribui sacerdotali, ut fieri nullo modo possent exceptiones, maxime cū sacerdotes nullas haberent possessionē, ita ut sine præjudicio tribuū poterant feminis aliaz tribuū copulari, nullos bonoz hæredibq. Ita Aaron habebat uxorē Elisabeth de tribu Juda (Exod. VI.) rex Ozias sec. patrē ex tribu Judæ erat, sec. matrē vero ex genere sacerdotali (Matth. I. 8. 2 Paral. 26. 3). Philo vero Jud. has res optime pensbq II lib. de Monarch. licit in usu fuisse tribui sacerdotali, ut ex aliis etiā tribubq ducerent uxores, excepto solo Summo Pontif.

Denique si objicitur auctoritas S. Th. 3. q. 22. a. 1 negantis Chrī natū esse de tribu sacerdotali, quia sacerdotiū veteris legis erat figura sacerdotii Chri, noluit Chrq nasci de stirpe figuralium sacerdotū — ib. vero q. 31. a. 3. ad 3: genealogiā Lucæ ascendente ad Deū fieri symbolice per repræsentationē stirpis sacerdotalis, quia sacerdotis

ē perducere hominē ad Deū. — Ad q. resp: S. Th. nihil aliud dixisse, nisi q. Chtq noluerit de stirpe sacerdotali nasci sec. lineā paternā Matris, tūm enī absolute de genere h. diceretur, q. tamē nō excludit aaronicā originē Matris sec. lineā maternā. Argumenta vero symbol. nō demonstrat nisi unū, Chtū nō esse vere propriēq de sanguine sacerdotū.

At vero D. Th. sententia patet ex 3. q. 3. a. 2 ad 2 ubi ex S. Greg. Naz. ita habet: nutu superno contigit, ut regiū genq sacerdotali jungeretur, ut Chtq qui Rex ē ē Sacerdos, ab utroq nasceretur sec. carnē: unde ē Aarō qui fuit 1q sacerdos sec. legē, duxit ex tribu Judæ Elisabeth filiā Aminadab.

Præterea cf. eundē in IV d. 30. q. 2. ad 3: B.V.M. erat de stirpe sacerdotali, ex parte matris, ut patet ex h. q. Elisabeth quæ erat de filiabq Aarō, dicitur cognata ejq."

Schol. 2.

Facile patet, B.V. esse inter omnes homines tū sanguinis claritate tū generis antiquitate longe nobilissimā, in q. consentiunt SS. PP. e DD.

Ildeph. serm. 3 in Assump: de progenie carnis nemo nobilior Dei Matre refulsit.

S. Bernardin. Sen. serm. 61 a. 1. c. 1: Quia igitur omnes præclaritates, ingenuitates, præfecturas, dignitates e nobilitates, quæ possunt esse in aliquo hum. individuo sec. originē sanguinis, describunt evangelistæ in hac puella, oportet nos eos testimonio eā præferre omnibq principibq, regibq, imperatoribq, reginis, imperatricibq, omnibq potestatibq totiq universi: —

S. Albert. M: Beata V. sec. omnē dignitatis e nobilitatis modū fuit nobilissima e dignissima in summo (de laud. V.)

S. Bonav. in 1. d. 44: Si omnes creaturæ quantumcumq ascendant in gradibq nobilitatis, essent præsentes omnes deberent reverentiā Matri Dei. —

Si vero objiciantur alii ejusdē temporis Hebræi, eandē habentes majorū seriē, ut ap. Matth. 13 filii Cleophæ (fratres Domini), qui ex eodē Salomonis stemmate descendunt, tanquā generis masculini, uno saltē gradu antiquiores sunt, ideō a B. V. superari possunt.
resp: multos Hebræos tū temporis potuisse eandē proavorū catalogū recensere sub tā proxima cognatione ad Deū — N.
sub remota cognatione ad Deū, C e N co.
Nā Virginis nobilitas nō ex sola materiali proavorū serie deducitur sed quia cū Deo ipso proximā cognationē participat in quantū per modū principii generantis se ad ipsū habeat.
Quāquā B. Joach. ē D. Anna appellentur avi immediati Chti Dom. nō tamē proximā cognationē cū nepote habent, quia sensu latiori eos titulus accipiendus. V. delicet vocantur avi immediati relate ad progenitores remotiores nō vero relate ad Chtū, quā avus in sensu strictiori ille [illegible], qui mediante vi seminali participet nepotis originē. Q. cū locū nō habeat in Chto proscripta ē a Congr. Ind. appellatio D. Annæ tanquā Aviæ J. Chti;
S. vero Th. III. q. 31. a. 6. docet affinitatē Chti ad progenitores in eo esse, q. corpus ejus, ex sanguine B. V. virtute Sp. S. formatū ē concretū. derivetur sec. originē ab Adā. Fuit nimirū originaliter in Adā ē reliquis progenitoribus suis sec. corporeā substantiā, nō autē sec. rationē seminalē

Theol. Mariana.

Th. 9.

B. V. unica D. Annae proles, ex sterili utero progenita, fuit concepta modo naturali & communi, non tamen contraxit peccatum originale.

—

I. Q. fuerit B. V. unica D. Annae filia contra cavillationes Serrii statuunt Suar. tom. 2. in III. p. disp. 5 Sect. 4. Medina in 3. p. q. 38. a 3. Baronius 1 tom Annal. p. XV. Ipse Jansenius Gand. Ep. (Concord. evgg. 173) dixit contrariam sententiam non verisimilem esse, quia Deiparae matrem tam sanctam & continentem repraesentat male castam, quae ad secundas & tertias nuptias transierit. Genere in V. quoque L. praeferebatur continentia viduales repetito matrimonio, testantur Hiero. c. Jovin. I. II. 26. Damasc. O. F. IV. 25. Ignat. ad Philad. Joseph. Flav. A. XIII. 8. B. J. II. 7. Verba denique ex Cant. Cant. VI. 8. Una est columba mea, una est matri suae, electa est genitrici suae, de B. V. explicantur a nonnullis interprett. (Cf. Vega, Theol. Mar. n. 922). Petr. Canis: Haec igitur, ut Sp. S. unica est matri suae Annae (de B. V. I. c. 10)

Coroll. 1.

Neque obstat appellatio sororis, qua Maria Cleophae ap. Jo XIX. 25 exornatur, non enim cognita neque unquam ex PP. qui Mariam illam vocarunt sororem Deiparae, declararunt, quo modo soror fuerit. Constat autem ex Scr: diversimode vocem illam usitari - cf. Deut. XV Rom. IX. 3. Gen. XII. Gal. I. 19. - Neque mos erat ap. Israelitas ut duo filii filiaeve eodem appellarentur nomine.

Coroll. 2.

Nomen materterae, quod eidem uxori Cleophae tribuunt nonnulli PP. majore videtur difficultate premere, quum matertera non possit esse nisi ex natura. Sed respondendum est eodem modo quo Joseph habitus est pater Domini putatitius etiam frater Josephi Cleophas habebatur

patrum, tum vero fieri non potuit quin Cleophae uxor matertera Dom. haberetur et appellaretur.

II. Contra Hyacinthum Serry (Exercitationes crit. 18) affirmandum est, V. Deiparam fuisse ex utero sterili conceptam. Quod haeretici profecto, imprimis Centuriatores pro fabula habent. cf. tamen Baron. Annal tom. 1º in apparatu.

Affirmant sterilitatem D. Annae PP: Damasc. F.O. IV. 15 Gregor. Nyss. homil. de nativ. Chti.

Confirmatur haec constans traditio per revelationes D. Brigittae, pluries revisas et ab Eccl. approbatas, sec. quas Deiparae genitores per 20 annos steriles fuerunt, deniq per continuas preces prolem a Deo obtinuerunt.

Non est ergo B. V. simplex naturae, sed etiam gratiae did: partus.

III Collyridiani haeretici (Epiph. haer. 79 n. 5 somniabant B. V. absq viri copula fuisse conceptam quamq conceptionem D. Joach. in deserto absenti per angelum annuntiatam fuisse. At non alio nisi naturali modo est procreata et concepta est nisi per actum conjugalem viriq consortium.

cf. Epiph. haer: l. c.: quamvis ex Mariae historia ac traditione illud habeatur, Joachim ejus patri divinitus h. in deserto nuntiatum fuisse: Uxor tua concepit, non ita tamen accipiendum est quasi h. citra nuptialem consociationem et virilem satum acciderit.

Idem S. Greg. Nyss. in diem natalem Chti or.

2º Si absq viri consortio nata fuisset V. Deipara, sicuti Chtus, et ipsa nullum ex vi generationis habuisset debitum ad peccatum orig: neq opus habuisset et ipsa redemptione. Atqui h. verum non esse, ex certiss.mo sit et de fide, Chtum pro omnibus mortuum esse (II. Cor. V. 15) eumq dedisse redemptionem semet ipsum pro omnibus (1. Tim. II. 6)

3º Specialissimum fuit Chti privilegium absq patre carnali nasci - uti patet ex Luc. I. 34 - atqui h. privilegium certissime non habuit Deipara quia de ea nihil constet neq ex Scr. neq ex Eccl. traditione -

Coroll. 3.

Verba S. Dam. or. 1 de nativ. Virg: eā nō ex carnis concupiscentia, sed ex Divinæ gratiæ mirabiliter operantis esse ortā " nullā possunt difficultatē exhibere, si legantur attente quæ leguntur statī pō orationis initiū: O beatos Joach. lumbos, ex quibus prorsus īmaculatū semē profluxit! o præclarā Annæ vulvā, in qua tacitis incrementis ex ea auctus atq formatus fuit fetus sanctus!.

Quibus verbis aperte tū naturalis Virg. conceptio exprimitur, cū viri consortio peracta tū nihil aliud ostenditur, nisi conceptionē fuisse quoad modū (nō vero quoad substantiā) nō ex concupiscentiā h.e. nō ex inordinato libidinis impulsu, verū ex caritate, ex sancta scilicet obedientiā.

IV. Peccatū orig. in effectu primario privat gratiā sanctificante ē sola in anima invenitur, quæ sola hujus effectus capax ē — D. Th. 1-2. q. 83. a. 1. De malo q. 4. a. 3. De h. effectu nunc nō quærimus. Sed alii præterea sunt, qui in corpus cadunt. Nō enī pō peccatū Adami īmediate in animā transfundi, sed mediante tantū corpore.

B.V. in corpore peccatū orig. nō contraxit quemnis ex damnatione inflicta propositiōni Baj. 73: Nemo præter Chrī ē absq peccato orig: hinc B.V. mortua ē propter peccatū ex Adamo contractū.

2° B.V. etiā in corpore debuit esse dignū Filii divini habitaculū, ut orat Eccl: debuit ergo corpus ejus exceptū esse a peccato.

3° constat idē ex P.P. auctoritate.

S. Dam: O beatos Joach. lumbos, ex quibus īmaculatū semē profluxit (or. de nativ. V.)

S. Petr. Dami. Caro B.V. ex Adā sumpta maculē Adæ nō admisit (serm. de Assum.)

S. Leo: Incommutabile Dei Verbū, de incontaminato corpore habitū sibi humanæ carnis abrumpsit (serm. de nativ. Dom.)

S. Aug: Excepta B.V. de qua propter honorē Domini nullā prorsus, cū de peccato agitur, volo habere quæstionē (de nat. ē gr. 36

S. Anselm: Decuit V. tanta puritate nitere, quanta sub Deo major intelligi nō pō (de concepta virgi. 32)

Unde liquet B.V. ex opinione nō contraxisse in corpore peccatū orig:

4° De fide ē B.V. esse sine labe concepta quoad animā - Ergo etiā quoad corp9, quia nō inficitur anima nisi mediante corpore - Si ergo imunis fuit a labe orig: in anima, fuit ab eadē imunis in corpore. - Aqua pura nō pō pura conservari, si infundatur vasi impuro.

Coroll. 4.

S. Th. 3. q. 17. a. 3 ad 1. contrariū videtur docere - carnē V. conceptā fuisse in orig. peccato - alius tamē locis aliter docuit - cf. ib. q. 27. a. 2.

Coroll. 5.

Si objiceretur, carnis corruptionē per peccatū orig. esse solū debitū proximū ipsiusq peccati quoad esse materiale, hq. nō posse negari - resp. ē: carnis corruptionē nō esse debitū ad peccatū contrahendū sed effectū peccati orig: in se contracti, parti in corpore, parti vero in anima. Hi vero peccati effectus in Deipara nō convenient, quia indecens fuisset, ut ej9 corp9 inanimatū ante copulatione cum anima, ~~detineretur~~ remaneret, etiā per exiguū temporis spatiū, sub potestate maligni Sp: fuisset q objectū odii div:

Coroll. 6

Greg. N. XI. cap. ult. de Xto: sol9 in carne sua mund9 extitit - S. Leo, serm. 5. de nativ. Sol9 inter filios hominū Dom. Jes9 innocens nat9 ē quia sol9 sine concupiscentiae pollutione concept9 ē. - ita sunt accipienda, ut „sol9" nō intelligatur de exclusio alio subj: (ut ex. gr. ps. 82, ult: „Tu sol9 altissim9" de Deo) sed de excellentia praedicati (ut Judith. XI. 6: Quoniā tu sol9 bon9 - quamvis praeter Deū ē angel9 ē homo boni possint appellari.)

Praeterea recordemur, inordinatā concupiscentiā ac libidinis pruritū adfuisse in parentib9 B.V. in potentia ē transituros fuisse in actū, nisi div. miraculū id impedisset - atqui in Xto procreando nihil ejusmodi extitit nec in potentiā. -

Th. 10.

Corpus Deiparae fuit perfectissimum numerisque omnibus absolutum, exemptum a morbis, impassibile, immortale; excellenter pulchrum

I. Exclusio Valentinianorum errore, tribuentium Deiparae corpus coeleste, impassibile, immortale itemque Apti Dicomarianitar, induentium eam natura aliqua angelica, dicimus corpus B.V. substantialiter idem esse ac nostrum, perfectissimum tamen in genere suo numerisque omnibus absolutum. Quae assertio tam certa esse Suarezio videtur, ut ejus contrarium habeat et rectae rationi adversum et maxime temerarium (tom. II in 3 p. disp. 2. sect. 2)

1° Auctoritas scholae: D. Th. in IV. dist. 30. q. 2. a. 1: In B.V. debuit apparere omne illud quod perfectionis fuit.

S. Antonin. IV p. tit. 15. c. 10 § 2: B.V. optima naturalia habuit et perfectissimam corporis complexionem et dispositionem.

Alb. M. ap. Dionys. Carthus.: de laud. Deip.: Corpus illud quod Deus supernaturaliter per se ipsum formavit, et perfectissimum atque pulcherrimum in natura quod fieri potuit pro statu viae. Sic etiam corpus Virginis ad hoc immediate ordinatum fuit pulcherrimum pro statu viae, quod natura per se operans facere potest. –

Concil. VII act. 3: „V. Deipara fuit omnis intelligibilis ac sensibilis naturae gloria et claritate creata superior" quod non tantum de anima, sed etiam de corpore intelligendum est.

Dionys. Carth.: de laud. V. 34: A planta pedis usque ad verticem capitis nihil penitus fuit in V. neque in corpore neque in anima indecens, reprehensibile, indecorum; imo totum fuit div. sapientiae circulo efformatum, pulcherrime circumcisum et sine omni superfluitate plenissime ac speciosissime operatum". –

S. Mechtildis: O Mirocosmus, cui Deus plus curae impendit, quam condendo universo (Revel. III. 32.

II. B. V. fuisse exemptā ab omni morbo aegritudineque corporis, ita probatur: Morbi sunt effectus peccati atqui B. V. supponitur non peccavisse, ergo nullis obnoxia fuit infirmitatibus – cf. D. Th. 3. q. 14. a. 3. ad 2. Praeterea constat hominē pro statu innocentiae caruisse a morbis, atqui B. V. innocens fuit, immo majore gratia praedita, quā 1 homo, ergo ejus quoque corpus excludebat quemcunque morbum. Neque aliter res se habuit in Chto Dom. quē D. Th. docet humanā naturā accepisse in puritate illa, in qua erat pro statu innocentiae. Atqui corpus suū habuit a Deipara, ergo eā quae dedit corpus a morbis immune, ē ipsa immune ab iis esse debebat.

Indirecte etiā probatur sic: morbus ē destructio temperamenti, hoc vero causat mortē, quae sane consequens ē peccati. Debuisset igitur mori B. V. ex peccato. Atqui damnata ē prop. Baj: 73 quae sic habet: B. V. mortua ē propter peccatū ex Adamo contractū.

Accedit auctoritas scholae, imprimis Cajetani; fuisse rē ab ratione sana alienā, si V. Mater aegrotare potuisset (de spasmo Virginis) itemque Gerson: debemus sacratissimae V. concedere oē sanitatē, harmoniā ē temperantiā complexionis. Idē Suar: to. 2 in III p. disp. 2. sect. 2.

III. Fuit idē corpus impassibile ē immortale. Quae in re duplex distinguenda ē ē impassibilitas ē immortalitas: altera quae nec pati nec mori quis pō, altera, qua quidē pō, nō tamē cogitur aut debet. Prior quae major ē, dona ē beatos, altera minor quondā convenit ē Adamo. Erat enī impassibilis ē in anima ē in corpore; unde, si permansisset sine peccato, potuisset semper a se arcere ē passionē ē mortē (D. Th. 1. q. 97. a. 2. –

Cum vero constet de B. V. ē penā fuisse multa in via sua tantusque in passione Domini sensisse dolorē, quantus capax erat admirandi vitā ūniusque creaturae, cum praeterea certū sit, eā se vera mortuā esse postea vero a morte resurrexisse, quaestio esse nō pō de primo tū impassibilitatis tū immortalitatis genere, verū de secundo. Hoc vero ipsi adscribenda ē plene ē perfecte.

Quū enī hoc fuisset privilegiū Adami – D. Th. 1. q. 97. a. 2 ad. 4: ipsa ante VV concepta sit absq labe ulla, conveniens ē, ut ipsa quoq eodē gavisa sit privilegio

Coroll. 1.

Ea quæ homini ī præmiū promittitur immortalitas (Apoc. c. 4: mors ultra nō erit) nō ē intelligenda de secundo immortalitatis genere, quē habens aliquis nō cogitur mori, sed de priore, quo nō pōt mori.

Si vero objiciatur, hominē etiā pro statu innocentiæ igne potuisse urere, ergo B. quoq V. respondemus cū D. Th. 1. q. 97. a. 2 ad 4 hominē in statu innocentiæ itemq B. V. fuisse præditā ea cognitione, qua sciens perfecte ōia noxia, ad ea nō fuisset eventura ~~propter~~ ratione q diu. propter innocentiā ita eā custoditurā fuisse ab omnib. improvisis quæ lædere possent, ut nō fuisset coacta ad patiendū.

IV. Nonnulli, ī quorū numero sunt Medina (de recta ī Deū fide c. 7.) ē Iac. Serry (Exercit. crit. 47) ē Chrō ē Matrē ejs negant habuisse eminentē corporis formā.

Et contra ē Cantic. Cantic: ī quo toto continetur pulchritudinis Marianæ descriptio – cf. præsert. I. 7. II. 13. 14. IV. 1. 7. VI. 1. 6. quæ loca omnia vulgo de B. V. dicta intelliguntur.

Præterea multæ præcellentis formæ feminæ nobiles, Rebecca (Gen. 24. 16) Rachel (29, 17) Iudith, (8, 7) Esther (2, 15) portabant præ se typū ē figurā B. V. atqui credi fas nō ē, prototypon minoris esse venustatis deterioris formæ quā typū.

Conspirant ī idē PP: Andr. Cret: „pulchritudinē excellentissimā" (or. 3 de Dormit.) Greg. Naz: „V. beata nitore formæ cæteros præit" (Trag. de Chto patiente). – S. Anselm: O V. pulchra ad videndū! o admirabilis ad contemplandū! (de orat.) Rich. a S. Vict: „Pulchrā facie, pulchrā mente, pulchra corpore" (L. XXVI in Cant. §. prædita „vultu angelico" (ib.)

Coroll. 2

Nihil ē q. objicitur ex D. Th. (in Is. 53), quī Chto nō magnificū aspectū sed humilē tribuit–

hæc enī nō de statura corporis, sed de agendi modo intelligenda esse apparet ex PP: Hiero: divinitatis majestas relucebat ex facie ejꝰ (in Matth. 21) D. Chrys: Nō enī miracula duntaxat faciens admirabilis erat, sed etiā cū simpliciter aspiceretur (hom. 27 in Matth)

Coroll. 3.

Quæ habet D. Aug: ante Nō novimꝰ faciē V. Mariæ (Trinit. VIII. 4) possunt intelligi de accurata lineamentorū descriptione, quæ sane ad nos nō pervenit, minime vero probant, neq pervenisse ad eos generalē ejꝰ pulchritudinis notionē – præsertī cū ipse Aug. alloquatur V: Si formā Dei te appellē, digna existis (con. Manich. II. 44) – E contrario constans ē inde ab ævo apostol: traditio de persona Deiparæ omni majestate plena, omniq tū corporis tū animi pulchritudine exornata – Ita D. Areop: in ep. ad D. Paul. ita Iren. Cypr. Epiph. Io. Chry: Andr. Cret; Ildeph; Io. Dam; Theophanꝰ Nicænꝰ, S. Ericꝰ, Petr. Dam; S. Anselm., Bonav. Birgitta, Bernard. Sen. Thom. Villan.

Th. 11.

B.V. fuit quidē gratiā plena, quæ pro primo Conceptionis instanti superabat omniū sanctor. simul sanctor. gratiā, nō tamē consummata fuit ante vitæ terminū.

I. Q. fuit gratiā plena B.V. constat ex salutatione angelica (Luc. I. 28). Hæretici frustra conati sunt, hor. verbor. sensū manifestū e apertū miserabiliter detorquere. Luth: ave graciosa; Calvin: Gratiā consecuta; Beza: Gratis dilecta. at contra habetur e Vulg: versio e PP. continua traditio, qui omnes versioni Vul. suffragantur. S. Ambr. in Luc. I. Aug. Enchirid. 36. Hiero. ad Eustochiū virg. Sophron. de Assumpt. B.V. Euseb. Emiss. in hæc verb.

Angelq nō dixit V. esse gratiā consecutā vel gratis dilectā aliorū hominū modo vulgari; nō salutat eā, ut Raph. Tobiā (c. 15) aut Gabr. Zachariā (Luc. I) sed modo tā singulari, tā insolito, ut V. turbata fuerit propter salutatiōnē ejq, i.e.: pavebat cū prudentia, quia benedictiōnis novā formā mirabatur, quæ nusquā ante lecta ē, nusquā ante comperta (Beda).

Coroll. 1.

Objici ponunt ~~verba~~ Oziæ ad Judith (XIII. 23: Benedicta du.. præ omnibq mulieribq super terrā itemq quæ Debora cecinit de Jahel (Judic. V. 24): Benedicta inter mulieres Jahel.

at 1° hæ salutationes ab hominibq sunt, qui humano modo loquuntur 2° conveniunt prædictis feminis illis quatenq erant typi V. Matris. 3° illæ benedictæ a fortitudine vocantur, ut V.B. a maternitate Dei.

II. Communis ē theologor. sententia, B.V. gratiā saltē in vitæ termino tantā fuisse, ut superaret ē angelicæ ē hum. naturæ gratiā simul sumptā. Ita Suar. to. I in 3. p. disp. 18 sect. 4. A. lapide in Prov. 31, 29. Henriquez, de ultimo fin. hom. c. 10. n. 7. Nos idē affirmamq jā pro primo conceptiōnis Marianæ instanti, videlicet habebat jā tū gratiā quæ superaret consummatā gratiā

omnis ē angelor ē hominū. Ita Suar. to. 2 in 3. p. disp. 3 sect. 1.

1° Dignitas Matris Dei, ad quā censetur electa stati pro primo conceptionis conceptu, major ē quā omniū hominū angelorq dignitas simul sumpta – atqui gratiā semper respondet dignitati: ut apparet ex D. Th. 3 q. 7. a. 10. D. Aug. de natu. ē grat. 36.–

2° B. V. ē a SS PP ē ab Ecclesia appellatur mediatrix, advocata nostra, atqui ut Deo pro nobis intercedere, requiritur ut Deo magis placeat et magis sit ab eo dilecta, quā reliqui homines. Sicut enī Chrs, utpote mediator, plus Deo placebat reliquis, etiā Mater ejq Mediatrix plq placet.

3° Communis theol: sententia ē ea omnia cadere sub V. merito de congruo, quae cadunt sub Chri merito de condigno – ergo B. V. dona sua ē gratias omnibq electis promeruit, ergo majorē quā ipsi gratiā habuit.

4° Potentiā V. in rebq a Deo impetrandis multo majorē esse quā angelor hominumq omnium, etiā si simul conferantur, unde quoq patet, q. PP. per IV annos millia orantes flebiliter: rorate coeli desuper ē nubes pluant justum (Isa. 45, 8) nihil obtinuerunt, donec B. V. suas efficaciores preces admiscuerit.

Coroll. 2.

Neq obstat B. V. pro primo Conceptionis instanti nondū habuisse Dei maternitatē in actu, ita ut nō videatur tū temporis requisivisse gratiā respondentē. Monet enī D. Th. 3 q. 27. a. 5 angelū jā ante Incarnationē salutasse eā: Ave, gratiā plena; ergo habuit actualē gratiae plenitudinē antequā Dei Mater exstiterit. Debuit autē haec gratiā dispositiva praecedere, ut fieret idonea Dei mater.

Coroll. 3.

Obj.: Cajetanq 3. q. 27. a. 5: gratiā viatoris nunquā posse intensione aequari gratiae comprehensoris – atqui pro primo Conceptionis instante nondū B. V. erat in statu comprehensoris. –

Si vera sit major, gratiā B. V. pro primo Conceptionis instante nō fuisset tanta quanta servati statū jā beatitudinē decedentis. Po autē gratiā viatoris

nonnquā major esse gratiæ comprehensoris, quia nō omnes viatores in gratia decedentes æqualē occupant locū.

III. Plenitudo gratiæ v. absoluta ē v. respectiva. absoluta, quā subjectū ampliorē gradū habere nō pō eaq consummata dicenda ē; respectiva, quæ sufficit pro aliquo munere v. dignitate, augeri tamē pō. Chr. D. statū pro primo conceptionis suæ momento absolute ac consummata possedit gratiæ plenitudinē, quæ amplius augeri nō poterat. Virgo nō itē; quā igitur dicatur ab angelo gratiā plena, nō absoluta, sed respectiva intelligenda gratia ē, quæ sufficienter disponebat ad maternitatē Dei, augeri tamē poterat de cætero. Hæc ē communis theologorū sententia — Suar. to. 2 in 3. p. disp. 4 sect. 1.

1° Ex Scr: Justorū semita quasi lux splendens procedit ē crescit usq ad perfectū diē i. e. usq. ad statū gloriæ (Prov. IV. 18) Atqui B.V. æque ac reliqui mortales in hac vita viatrix fuit, ergo semper crescere poterat ea quā jā habebat gratiā. Unde etiā angelus, postquā gratiā plenā prædicaverat, subjungit: Sp. S. superveniet in te — h. e. ut superimpleret eā ē abundantiori gratiā cumularet, explicante Bernardo.

S. Rupert: "V. in sua prima sanctificatione fuit ut aurora, in Filii Conceptione ut lux, in morte ut sol" — (L. VI. in Cant)

~~S. Thom~~. 2° Concil. Trid. (sess. VI. c. 24) a. indixit: quicunq assereret justitiā aliquando acceptā nō augeri corā Deo per bonas operationes in viatoribus — atqui B. V. fuit in viatorū numero

3° B. V. priusquā viatoris statū gerebat, tendebat ad comprehensoris statū, cui soli gloria ē connaturalis, ergo nō potuit ante vitæ mortalis terminū habere gratiā consummatā.

4° q. diximus sub 3° etiā h. modo illustrari pō: Si V. B. statū pro primo conceptionis instante habuisset ad modū Salvatoris gratiā consummatā, evenisset ut anima ejus aut ante animā ipsius Chi aut ante Salvatoris obitū expiatoriū Deū videret — q. sane indecens erat ante oblatā a Chro pro nobis satisfactionē. Cf. etiā S. Th. 3 q. 27 a. 5. ad 2.

Schol. 1.

Cū ignorantia 2ex esse posit, privativa aut negativa, excluditur ab intellectu B.V. omnis ignorantia privativa, quae foret carentia scientiae statui suo debitae, nō vero excluditur negativa quae ē simplex nescientia rer ad se nō pertinentiū. Ignorantia aute privativa aut ē cū firma credulitate falsi aut cū pura existimatione falsi sine firma credulitate - illa fit cū errore qui propriē dicitur, haec cū errore late sumpto; habetur pura existimatio absq firmo assensu v. judicio (D. Th. 1. q. 94. a. 4). Jam vero communis theologor sententia ē, intellectu B.V. pro 1o Conceptionis instante ita fuisse illuminatū in reb tū naturalib tū supranaturalib, ut etiā abfuerit ignorantiā privativā cū pura existimatione falsi. - Suar. to. 2 in 3 p. Disp. 19 Sect. 6. - Ubi enī nō ē culpa, nec poena adē, atqui ignorantia privativa quaecumq poena ē peccati orig. - cf. D. Th. 1. q. 94 a. 2. - 1-2. q. 85. a. 3. - Praeterea in B.V. major fuit immunitas ab errore ē ignorantia quā in angelis - atqui in angelis nulla fuit ignorantia privativa - D. Th. 1 q. 12. a. 4. ad 2. Intellectus angeli nō habet defectū, si defectus accipiatur privative ut, si careat eo q habere debet; si vero accipiatur negative, sic quaelibet creatura invenitur deficiens Deo comparata, dū nō habet illā excellentiā quae invenitur in Deo. -

Schol. 2

Fidē habuit B.V. statim a 1o conceptionis momento, fides enī viatorib fundamentū sanctitatis ē - Hebr. 2,6: accedente ad Deū oportet credere. - Lutheros quidē ē Erasmus fidē B.V. detrahunt, alter extollens super eā fidē centurionis, alter dicens, nō stati, postquā peperit, adoravisse Filiū, nō enī constat tū jā cognovisse eū Deū esse. - At merito Suar. hanc sententiā ē haereticā vocat ē universae Eccl: sensui repugnantē - to 2 in 3 p. disp. 19 Sect. 1. dub. 1. Si enī Elisabeth ante partū eā matrē Domini appellat, angelus ante litū Filiū

Altissimi, quomodo si nō credidit, cū tamē eadē loco beata praedicetur quia credidit (Luc. I. 45) Haec sufficiant pro fide ex parte subjecti. At nō minus perfectā habuit fidē ex parte objecti. †

† Stati a principio debuit per fidē explicite cognoscere mysteria Trin. ē Incarn. tū q. pertineant ad primariā fidei perfectionē quā habuerant angeli ē Adā in 1a sua sanctificatione, tū q. per illā merita fuerit sanctificata adeoq etiā per fidē in illā. Denique si S. Io. Bap. in utero cognovit illū cujus tantū erat praecursor, magis adhuc B.V. eū cognovit cujus Mater erat futura.

Objectio quae fit ex Matth. VIII. 10: nō inveni tantā fidē in Israël - quanta videlicet erat fides centurionis, ita dissolvenda ē ut nō intelligatur comparatio cū omnib ē singulis, sed cū illis quib ille praedicavit, ita ut centurio inter illos proportione quadā, maxime cū gentilis esset, praecelleret.

Th. 11 (seq)

Schol. 3.

Praeter fidē B.V. a primo Conceptionis instanti habuit etiā scientiā per se īfusā tū supernaturalē tū naturalē.

I Qu. habuerit primā constat ex auctoritate PP: B. Anselm: Ergo Dei virtg ē Dei sapientia ē omnes sapientiae ē scientiae in Maria (hom: super illud Luc. x. 38: intravit Jesg in quoddā castellū) Richard. a S. Laurentiō. Vere quidquid antiqui dixerunt de Sapientiā div. moderni exponunt de Matre Sapientiae. (prol. 1.)

2º ex D. Th. 3 q 27. a. 5 ad 3.

3º quo magis aliquis excellit in gratia sanctificante, eo magis a Deo illustratur scientia salutis in supernaturalibg quae ad salutē spectant. Atqui B.V. plg reliquis gratiā sanctificante instructa erat, ergo etiā plus aliis habebat scientiae quae ē ad salutē. –

Haec autē infusa fuit circa supernaturalia, fuit enī B.V. justificata in utero per actg a phantasmate independentes, instar angelor.

4º Scientia per se infusa erat B.V. necessaria, utpote viatrici, nō igitur ea carere potuit.

II. Neq caruit altera i.e. naturali per se infusa, ut communiter opinantur theologi.

1º Ē quaedā scientia naturalis per se infusa per quā cognoscuntur substantiae a corpore separatae, modo naturali substantiis separatis proprio independenter a phantasmatibg: hunc cognoscendi modū circa objecta naturalia habent angeli, habent animae a corporibg suis separatae. Hanc autē fuisse in B.V. ita probari pō.

„A principio suae creationis anima in se naturaliter cognoscitiva ē, nec ē cognitata per aliā naturā, sed per semetipsā apta ē cognoscere omnia –

Atqui impedimentū oē quominq cognosceret, fuit in animā B.V. sublatū ergo ē reipsā vidit ē angelos omniaq ~~creat~~ creata.

Scientia infusa, quae a Deo nobis inditur, acquisita quae nostris obtinetur viribg: utraq v. naturalis esse pō, per quā objecta cognoscuntur naturalia, aut supernaturalia medio naturali; vel etiā supernaturalis quae ē de mysteriis gratiae aliisq rebg tū naturalibg tū supernaturalibg ex motivo medioq supernaturali. Infusa porro aut per se dicitur quae nō pō nisi a Deo causari, ut dona Sp. S. aut per accidens quae propriis etiā viribg acquiritur.

Th.
De augustissimo nomine V. Mariae
e de ejs significatione.

Lucas tradidit nomē Virginis fuisse Mariā, sed quid tandē significaverit nomē illud, aliā alia statuunt, prout diversā vocis etymologiā sequuntur. Sunt qui derivent a mara q. ē amarū ē jam qu sonat mare. Alii protrahentes a mor ē jam explicant per myrrham maris. Alii marjam pro marje habent, syr. morjô q. a. Domina.
Ita S. Dam. F. O. IV. Epiph. de laud. V. -
Beda ad loc. Chrysol. or. 146 -
Unde etiā "Domina maris", tanquā in mari hujs mundi dominiū teneat ipse portg.
Sec. alios deniq sonat ideo "stella maris" – ita S. Hiero. de nomin. Hebr., S. Bern. serm. 6 in Vig. Nativ. S. Ildeph. serm. 1 de Assumpt. qui ita habet: mare prorsg saeculū ē, stella autē B. V. M. de qua orts ē ille per quē illuminatur omnis mundg."
D. Th. op. VIII: Dicitur Maria stella, sicut navigantes ad portū diriguntur per stellā, ita Christiani diriguntur ad gloriā per Mariā -
S. Ambr: de virg. I: Maria maris Stella interpretatur, nautis eni mare transeuntibg adspirare opg ē maris stellā a supremo coeli ordine refulgentē.
Deniq universa s. Eccl: canit unisono ore: Ave maris stella – illa eni ē rolilis stella Jacob de qua legimg in Num. XXIV. 17 Orietur stella ex Jacob.

Cf. Ruth. I. 20: Ne vocatis me Noemi, sed vocate me Mara h. e. amarā, quia amaritudinibg replevit me Oipotens. = Ita re quidē vera Bā Maria appellari mare amarū, quū omnes afflictionū rationes, oēs dolendi causae in illā ita confluxerint. Profecto suis doloribg oēs hominū dolores longe superavits, ut recte potuerit sibi applicare illa prophetae: Magna ē velut mare contritio tua (Thr. II. 13)

De Relatione B. Virginis ad Deum Patrem, quatenus est Filii Ejus genitrix.

Ut bene intelligatur Virginis matris relatio ad Deum Patrem, necesse est perpendantur prius tres illae relationes, quae existunt inter B. Mariam ejusque Filium.

1ma est Matris ad Filium

2a Filiae ad Redemptorem, qua propter S. Bernardinus eam maximam natu filiam Redemptoris appellat.

3o Conjugis ad Conjugem, modo speciali, incommunicabili. Haec forsitan ratio est, cur S. Ignatius M. eam saepissime Mariam Jesu appellat, tamquam tota ad Jesum pertineat, nimirum ut mater, filia, conjux.

Inde triplex oritur Virginis relatio ad Deum Patrem, qui est Pater Filii Mariae.

1o identitatis. Deus secundum doctrinam B. Petri Damiani tribus modis in creaturis inest: per essentiam, per actionem, per praescientiam; quarto autem modo in Filii sui Matre quem appellat per identitatem — S. Thom. autem affinitatem dixit — cf. Petr. Dam. De nativ. B. Virg. Serm. — S. Bernard. homil. 3 in Missus — S. Basil. homil. de hum. Chti generatione — S. Thom. 2 II q. 103. a. 4 ad 2.

2o prosapiae quoniam filia Redemptoris neptis est Dei Patris.

3o filiationis quoniam conjux est Salvatoris, B. Virgo eo ipso fit filia Dei Patris — lex jubet socerum habere nurum pro filia — nec mirum, quum enim S. Aug. conjuges unum sint et caro una, filii uxor non aliter tractanda est patri atque propria ejus filia — c. Pelag. II. 6 [?]. Unde Maria recte dicitur filia dilecta aeterni Patris nataque quodammodo ex propria ejus substantia, ut habet devotus imperator Mathias Cantacuzenus (Comment. in Cantic. in illud: Equitatui meo assimilavi te etc.)

Amor, quem Deus Pater ab omni aeternitate amplectebatur dilectissimam suam et unicam Filiam, nec intelligi potest mortalibus nec facile exponi. Qua in re ardua et plena periculis necesse est eligatur dux certus, ab Ecclesia approbatus. Habemus talem ducem S. Brigittam, cujus revelationes approbatae fuere a Patribus Concilii Constantiensis, laudibus elatae a Cardinali Turrecremata, honorabiliter commemoratae a Bonifacio IX in Bulla Canon. et a Martino V in ejusdem bullae confirmatione. Habet sancta ordinatricem tractatum de amore supra commemorato (in sermone angelico c. 3) dicitque cum nulla re aptius comparari amorem illum nisi cum dilectione, quam Abraham habebat erga Isaac - quod multis modis explicat. -

239

Augustiniana

De Doctr. Chr.

In prologo

docet doctrinā de Scriptura tractanda haud superfluo tradi –

Velle se tradere praecepta quaedā Scripturarum studiosis, ut e legendo explicatores ē ipsi aliis explicantes proficerent.

Agit contra reprehensores operis suscepti

1ᵘ contra eos qui ipsū nō intelligunt

2ᵘ contra eos, qui istis praeceptis cognitis tamē nihil de Scr. potuerunt intelligere eaq frustra laboravisse existimabunt

3ᵘ contra eos qui sine ullis praeceptis aut libris divino munere ad quandā Scr. intelligentiā pervenerunt ē proinde hujusmodi praecepta superflua esse clamitant. –

ipsū Apost. Paulū, licet divina ē coelesti voce prostratū ē instructū, ad hominē tamē missū esse, ut sacramenta perciperet atq copularetur Eccl: etc. ...

poterant utiq omnia per angelū fieri, sed abjecta esset humana conditio, si per homines hominibus Deus verbū suū ministrare nolle videretur. –

Ea vero, quae sequuntur, verba, optime aptentur modernis protestantibus:

quisquis se nullis praeceptis instructū divino munere quaecunq in Script. obscura sunt, intelligere gloriatur, bene quidē credit, ē verū ē, nō esse illā suā facultatē quasi a seipso existentē, sed divinitus traditā; ita enī Dei gloriā quaerit ē nō suā: sed cū legit, ē nullo sibi hominū exponente intelligit, cur ipse aliis affectat exponere, ac nō potius eos remittit Deo, ut ipsi quoq nō per hominē, sed illo intus docente intelligant?

de fine hujus operis dicit auctor:

Quomodo ille qui legere novit, alio lectore nō indiget cū codicē invenerit, a quo audiat, quid ibi scriptū sit; sic iste qui praecepta, quae conamur tradere acceperit, cū in libris aliquid obscuritatis invenerit quasdā regulas veluti litteras tenens intellectorē aliū nō requirat, per quē sibi q. opertū ē, retegatur.

Paullo pō susceptū epatū libros de doctrina christiana inchoavit Aug. quumq pervenisset ad c. 36 libri III. impedire nō potuit, quin in publicū prodiret. Postea recognoscendis operibus suis intentus, cū illos imperfectos invenisset, prius absolutus quā alia retractaturus, ē librū 3ᵘ complevit ē 4ᵘ adjecit a. 426 aut 427 qui ē circiter 8ᵘ a sua in Mauritaniā Caesareensē profectione. –

sed quibqdā vestigiis indagatis, ad occultū sensū
sine ullo errore ipse perveniat, aut certe in ab-
surditatē pravæ sententiæ nō incidat.–

Lib. I. De rebq.

C. 1. Duæ sunt res quibq nititur omnis tractatio Scr: modq inveniendi quæ intelligenda sunt ē modq proferendi quæ intellecta sunt.

H. libro auctor vult de inventione agere, de enuntiatione acturq libro proximo.

2. Omnis doctrina v. rer ē v. signor, sed res per signa discuntur.

Omnē signū etiā res aliqua ē, q. enī nulla res ē omnino nihil ē: nō autē omnis res etiā signū ē..

i. nunc in rebq considerandū esse q. sunt, nō q. aliud etiā præter se ipsas significant.

3: Rer divisio.

Res aliæ sunt quibq fruendū ē, aliæ quibq utendū, aliæ quæ fruuntur ē utuntur

4: Frui ē uti.

Frui ē amore alicui rei inhærere propter se ipsā. Uti autē q. in usū venerit ad i. q. amas obtinendū referre, si tamē amandū ē.

5: Trinitas, res, quæ fruendū.

Res quibq fruendū ē, P. ē F. ē Sp. S. eademq Trin. una quædā summa res communisq omnibq fruentibq ea; si tamē res ē nō rer omniū causa sit, si tamē ē causa....

In P. unitas, in F. æqualitas, in Sp. S. unitatis æqualitatisq concordia: ē 3 hæc unū omnia propter P. æqualia omnia propter F. conexa omnia propter Sp. S. –

6: Deq ineffabilis

Fit nescio quæ pugna verbor, quoniā si illud ē ineffabile q. dici nō pō, nō ē ineffabile q. vel ineffabile dici pō....

sed tamē omnes latinæ linguæ scios, cū aures eor sonq iste tetigerit, movet ad cogitandā excellentissimā quandā immortalemq naturā. –

13: Verbū caro factū ē

Sicuti cū loquimur, ut i. q. animo gerimq, in audientis animū, per aures carneas illabatur, fit sonq verbū q. corde gestamq ē locutio vocatur; nec

Omnis res quæ dando nō deficit, dū habetur ē nō datur, nōdū habetur, quomodo habenda ē.

tamē in eundē sonū cogitatio nostra convertitur, sed apud se manens integra, formā vocis qua se insinuet auribꝰ, sine aliqua labe suæ mutationis assumit: ita Verbū Dei nō commutatū, caro tamē factū ē, ut habitaret in nobis. –

<u>22: Solo Deo fruendū.</u>

Magna quæstio ē, utrū frui se homines debeant, an uti an utrumq. – Præceptū ē enī nobis, ut diligemꝰ invicē, sed quæritur, utrū propter se homo ab homine diligendꝰ sit an propter aliud. Si enī propter se, fruimur eo; si propter aliud utimur eo. Videtur autē mihi propter aliud diligendꝰ. Q. enī propter se diligendū ē, in eo constituitur vita beata …

Sed nec se ipso quisquē frui debet, si liquido advertas; quia nec se ipsū debet propter se ipsū diligere, sed propter illū quo fruendū ē … –

Hæc enī regula dilectionis divinitꝰ constituta ē … ut omnes cogitationes tuas ē omnē vitā ē omnē intellectū in illū conferas, a quo habes ea ipsa quæ confers. Cū autē ait: toto corde, tota anima, tota mente, nullā vitæ nostræ partē reliquit, quæ vacare debeat ē quasi locū dare, ut aliē se velit frui; sed quidquid aliud diligendū venerit in animū, illuc rapiatur, quo totꝰ dilectionis impetꝰ currit. –

<u>24: Nemo carnē suā odit, ne quidē illi qui in eā insurgunt.</u>

Nemo ergo se odit … Sed neq corpꝰ suū quisquā odit: verū ē enī q. ait Apostolꝰ: Nemo unquā carnē suā odio habuit (Eph. V. 29). Ē q. nonnulli dicunt, malle se omnino esse sine corpore, omnino falluntur: nō enī corpꝰ suū, sed corruptiones ejꝰ ē pondꝰ oderunt. – … Q. autē continentiā quadā ē laboribꝰ quasi persequi videntur corpora sua; qui h. recte faciunt, nō i. agunt ut nō habeant corpꝰ, sed ut habeant subjugatū ē paratū ad opera necessaria … –

Qui autē perverse i. agunt, quasi naturaliter inimico suo corpori bellū ingerunt. In quo fallit eos q. legunt: Caro concupiscit adversꝰ spiritū ē spiritꝰ adversꝰ carnē, hæc enī sibi invicē adversantur (Gal. V. 17). Dictū ē enī h. propter indomitā carnalē consuetudinē, adversꝰ quā spiritꝰ concupiscit; nō ut interimat corpꝰ, sed ut concupiscentia ejꝰ i.e. consuetudine mala edomita, faciat spiritui subjugatū q. naturalis ordo desiderat.

De Gratia Pawlicki III K. 241

Brevissima synopsis historica de impeccantia et apathia Pelagiana.

I. Aug. semper inter errores haeresis pelag. mentionem facit impeccantiae. De haeres. n. 88. In id etiam progrediuntur, ut dicant vitam justorum in hoc saeculo nullum omnino habere peccatum etc. Cf. Contra Julian. III. 1. hominem in hac vita posse nullum habere peccatum – cf. ad Bonif. III. 8.

Dicebat n. Pelagius hominem [1] justum posse vivere sine peccato neque [2] ad hoc habere opus speciali aliqua gratia – qui error distinguendus est ab errore Joviniani, negantis fieri posse ut homo post baptismum receptum iterum peccet.

II. In quo consistat error Pelag.: discimus ex Hier. et Aug.

Hier. ep. ad Ctesiph. arguit Pelagg. vindicare sibi ~~non~~ quodammodo Dei non similitudinem quidem, sed prorsus aequalitatem asserentes idem quod olim docebant Pythagoras et Stoici, perturbationes animi (πάθη) posse extirpari plane de mentibus omnemque radicem vitiorum in homine funditus evelli, meditatione et assidua exercitatione virtutum.

Aug. cont. Julian. II. 8 eos accusat docentes hominem perfici posse, non Dei dono, sed libero propriae voluntatis arbitrio.

Unde constat Pelagg.: asseruisse

1° homini adesse potestatem resistendi semper concupiscentiae = impeccantia

2° extirpandi funditus omnes primos concupiscentiae motus, ita ut amplius non insurgant = apathia h. e. carere perturbationibus

Impeccantia et apathia (s. eadem sit atque impeccantia s. pars ejus) conjunguntur in una formula: posse hominem esse sine peccato

Demonstr. pelagg. (Caelestii) Apostolus Petrus testatur divinae nos esse consortes naturae

atqui si anima humana subjaceret peccato, neque Deus est sine peccato quod esset absurdum.

Ergo anima, pars div. naturae, ~~est~~ non subjacet peccato.

Quae eodem redeunt quo Stoicorum dogma, animam divinam esse ignem subtilissimum diffusum per omnes mundi partes, animasque hominum esse particulas animae universalis.

Pelag. impeccantia vocatur apud PP. <u>perfectio justitiae</u>

Patet ex Aug. de natura et gratia 62. de Perfectione justitiae c. 11.

ib. 3. perfecta justitia tamquam sanitas plena … tunc ergo erit plena justitia, quando plena sanitas, tunc plena sanitas, quando plena caritas. cf. epist. 167. 5.

IV. PP. reprobant Pelag. doctrinam ex duplici capite sc. quod assereret

1° perfectionem justitiae obtineri posse viribus naturae sine gratia Dei

dicebat enim Pelag. posse esse hominem sine peccato, si velit

quod autem addebat: non absque Dei gratia = liberum arbitrium –

V. Hier. epist. ad Ctesiph. et Dial. 1 contra Pelagg.

2° ipsum factum possibile esse in hac mortali vita.

De altera, quamvis negativa ei magis probaretur, sub initium disputationis statuebat Aug. non admodum esse cum haereticis pugnandum, dummodo concederent, perfectionem illam non nisi per Dei gratiam haberi posse – sitne autem talis perfectio plenissima jam in hac vita nonnunquam possibilis, de hoc sc potius inter catholicos disceptandum esse, sed post editos concilii Carthaginensis canones, quorum VI VII VIII hunc errorem damnant, eum aperte impugnavit et inter haereticas doctrinas rejecit. – ad Bonif. (III. 10)

V. Ad hunc errorem profligandum Hier. et Aug. petunt argumentum

1° ex motibus indeliberatis et necessariis concupiscentiae „quae non frenari, sed omnino esse non debet" Aug. de perf. just. 8 – cf. retract. I. 15.

2° ex ignorantia juris quoque positivi, qua plerumque laboramus, circa ea, quae agenda aut omittenda nobis sunt, ut juste vivatur

3° ex iis quae per ignorantiam admittimus quaeque et ipsa adversantur illi perfectioni justitiae

Quae omnia possunt peccata appellari quia

1° sunt effectus peccati originalis

2° ~~tum~~ ea voce a Pelagg. quoque appellantur, dicentes, hominem posse esse <u>sine peccato</u>, sc. sublatis ipsis perturbationibus evulsaque omni radice vitiorum.

Hier. et Aug. desumunt frequentius argumentum ex Rom. 7. 15 19.

De gratia

242-3

Bene intellecto controversiae illius statu, apparet

1° recte dictum esse ab Aug. esse quaedam peccata necessaria, quae evitari non possunt, posita in motibus indeliberatis concupiscentiae, in iis quae per ignorantiam fiunt, in ipsa ignorantia

quae omnia obstant perfectioni justitiae habentque quodam modo rationem peccati Aug. de perfect. just. 6 et 8.

Non dicit Aug. peccare homines peccato formali etiam in iis quae necessario agunt, sed esse peccatum improprie dictum et materiale, oppositum impeccantiae Pelagg.

2° recte dici ab eodem Aug. esse quaedam praecepta Dei impossibilia nobis in hac vita

Pelagg. contra: praeceptum esse, ut diligamus Deum ex toto corde etc. atque ut non concupiscamus – quibus praeceptis continetur perfectio justitiae atque exclusio omnis motus concupiscentiae –

atqui possibile esse quod Deus praecipiat

ergo posse hominem esse sine peccato

Aug. distinguit (M) duo genera praeceptorum: faciendae justitiae. et perficiendae justitiae

concedit illa praecepta esse perficiendae justitiae

negat ea implenda esse in tota sua amplitudine

vel gratiam praestari ut impleantur

implenda esse in altera vita

nunc imperfecte pro viribus implendo praecepta perveniemus ad eum statum in altera vita, ubi diligemus Deum ex toto corde etc, ubi nulla erit concupiscentia. De perf. justit. 8. de Nat. et Grat. 62.

Distinguit igitur Aug. perfectionem cursus quam Deus a nobis exigit in hac vita – a perfectione pacis s. quietis q. e. perficere justitiam. Praecepta illa non alterius valent quam praeceptum salvandae animae, quae tam salus non in hac vita, sed in futura obtinetur. Tractat. 42 in Joan. n. 12.

Discrimen inter facere justitiam et perficere justitiam est veluti specificum, cum illud pugna, hoc pace contineatur.

Errant Lutherus et Calvinus colligentes ex doctrina Aug. justum peccare formaliter in quovis opere, eo quod impossibile sit haec duo praecepta observare: Diliges Deum ex tota anima tua" et „non concupisces –

est enim praeceptum de perfectione justitiae prorsus diversum a praecepto de actione justi[illegible]

1. hujus quum sit unicum objectum, illud autem habeat duplex objectum

1° mediatum s. ultimum = extinctio omnis concupiscentiae

2° immediatum et proximum = conatus imminuendi per exercitium virtutis concupiscentiae vires.